

**Bibliothecae Pestiensis
Scholarum Piarum**

Pluteus	Gradus	Series	Nrus

21
TERMINOLOGIA

132/2/5

BOTANICA

CURANTE

I. SCHUSTER M. D.

PROF. CHEMIAE AC BOTANICAE P. O.

AD

REGIAM SCIENTIARUM UNIVERSITATEM HUNGARICAM.



Editio altera, correctior.



BUDA E,
TYPIS REGIAE UNIVERSITATIS HUNGARICAE.

1815.



R 25

P R Æ F A T I O.

Opellae primas linguæ atque systematis Botanicae lineas completenti pauca praeloquar de methodo libri, serie dissertationis oralis atque expositionis specialium. Objecta libelli seriem sequuntur aliam, ac hujus argumenti operibus consuetam; hanc nempe inchoant vegetabilium partes nobiliores, fructificationis puta, claudunt secundi ordinis, vegetationis scilicet. Dissertationis oralis seriem sic ordi-

ne,

no, ut floris characteribus seu terminis expositis (usque pag. 35) illico systematis botanici complexum (a pag. 110 ad 118) plenarie illustrem, qua methodo, taediosum totius terminologiae circuitum declinando, tyronem exceptis quinque collegiis seu hebdomadae cursu ad cognitionem classium systematis lineani admitto, quaque brevissima adsequor via, ut perspiciat, cui haec bono? ut mox adplicationis fructu atque deliciis concitetur. Caetera dehinc ordine sese excipiunt suo. Specialium characterum atque terminorum expositionem illustro, imitando quadantenus consilium Fr. Guilielmi Weiss (Vorbereitung zum Unterrichte in den Grundkennt-

kenntnissen der Botanik. Göttingen. 1781.) ductis in tabula picturis objectorum, dilucido ultra vegetabilium vivorum, quorum specimina singulis praevis porriguntur auditoribus, demonstratione, confirmo tandem citatione exemplorum maxime obviorum, quorum ex aspectu tyro characteris ideam elicere aut revocare possit.

Editionem hanc alteram hinc illinc correctiorem evasisse cuique patebit, auctiorem vero prodiisse observo indice locuplete addito.

Auctor.

Errata

Pag.	4	lin.	1.	situ	— —
—	6	—	9.		pone
—	15	—	7.	48s	corrige.
—	32	—	7.	relae	— —
—	39	—	7	32s.	— —
—	40	—		penult.	— —
—	48	—	5.	a fine	— —

Corrige.

situ
y. Thalamus.
483.
relate.
318.
quadrisulca.
coriaceum.

Planta, *Vegetabile*. Vivum, organisatum, non se movens (alimenta absque motu spontaneo per radices surgens.)

Botanica, Phytologia. Scientia systematica, tradens cognitionem vegetabilium.

Botanica dispescitur in puram et applicatam :

B. pura est scientia tradens cognitionem vegetabilium generalem et specialem.

B. applicata est scientia botanica, tradens lucrum aut damnum animalibus resultans e vegetabilibus; talis est B. oeconomica, technologica, diaetetica, medica.

Botanicae purae partes sunt Physiologia et Diagnostica botanica.

Physiologia botanica est cognitio generica de natura vegetabilium.

Diagnostica botanica est cognitio specialis, differentias externas vegetabilium exponens. Qualitates distinguentes plantarum singularium in partibus plantae, in earundem structura,

figura, proportione, et situ positae sunt. *Terminologia botanica* seu Nomenclatura botanica est Scientia tradens nomina partium plantae singularum.

TERMINOLOGIA BOTANICA.

Planta constat partibus vegetationis et fructificationis:

- p. vegetationis* sunt, quae ad sustentationem et incrementum individui conferunt: utpote radix, truncus, vestitus.
- p. fructificationis* sunt, quae ad propagationem speciei immediate conferunt: utpote flos, fructus, inflorescentia.

DELINEATIO PLANTAE.

A. FRUCTIFICATIO.

a. *Flos.*

I. *Stamen.*

1. Filamentum.
2. Anthera.
3. Pollen.

II. *Pistillum.*

1. Germen.
2. Stylus.
3. Stigma.

III. *Corolla.*

Petalum.

- a. Aequalitate.
- b. Divisione.
- c. Margine.
- d. Figura.
- e. Superficie.
- f. Directione.
- g. Proportione.
- h. Situ.
- i. Duratione.
- k. Colore.

a)

- a) Monopetala.
- b) Polypetala.
- Composita.

- g. Compositioe.
- h. Florescentia.
- i. Inflorescentia.

IV. Nectarium.

- a. Figura.
- b. Insertione.

V. Calyx.

Phyllum.

- 1. Bracteae.
- Coma.
- 2. Involucrum.
- 3. Indusium.
- 4. Perichaetium.
- 5. Volva.
- 6. Spatha.
- 7. Gluma.
- 8. Perianthium.
- 9. Anthodium.
- 10. Palea.

6. Fructus.

VI. Semen.

- a. Partibus.
- b. Numero.
- c. Tegmine.
- d. Figura.
- e. Superficie.
- f. Substantia.
- g. Loculis.

VII. Pericarpium.

Valvulae.

Sutura.

Dissepimenta.

Columella.

Loculamentum.

Seminum receptacula.

- 1. Capsula.
- 2. Pyxidium.
- 3. Siliqua.
- Silicula.
- 4. Legumen.
- 5. Lomentum.
- 6. Folliculus.
- 7. Samara.
- 8. Strobilus.

Flos.

- a. Genitalibus.
- b. Cinctura.
- c. Situ.
- d. Insertione.
- e. Numero.
- f. Directione.

9. Nux.
10. Bacca.
Acinus,
11. Pepo,
12. Drupa,
13. Pomum.

Fructus.
Numero.
Seminibus,

4. Racemus,
5. Corymbus,
6. Umbella,
7. Cyma.
8. Fasciculus,
9. Panicula.
10. Thyrsus,
11. Amentum.
12. Spadix,
13. Infl. aggregata.
14. Infl. composita,

B. INFLORESCENTIA.

Insertione.

Pedunculus.

- a. Loco,
 - b. Situ.
 - c. Numero.
 - d. Directione.
 - e. Mensura.
 - f. Numero florum.
 - g. Structura.
 - h. Vestitu.
- Compositione.
1. Verticillus.
 2. Capitulum.
Glomerulus.
 3. Spica.
Spicula.

C. TRUNCUS.

- a. Specie.
- b. Duratione.
- c. Substantia.
- d. Directione.
- e. Figura.
- f. Vestitu.
- g. Superficie.
- h. Compositione.

Rami.

Ramulus.

Frondes.

Pileus.

- a. Structura.
- b. Situ.
- c. Directione.
- d. Mensura.

D.

D. VESTITUS.

I. *V. foliaceus.*

1. *Folia.*

Foliola.

Pinna.

Pinnula.

Frondes.

Vagina.

Stipula.

α. *Determinatione.*

a. *Loco.*

b. *Numero.*

c. *Situ.*

d. *Directione.*

e. *Insertione.*

6. *Structura.*

a. *Figura.*

b. *Angulis.*

c. *Sinubus.*

d. *Margine.*

e. *Apice.*

f. *Superficie.*

g. *Expansione.*

h. *Substantia.*

i. *Mensura.*

k. *Duratione.*

γ. *Compositione.*

a. *Simplicia.*

b. *Composita.*

c. *Decomposita.*

d. *Supradecomposita.*

2. *Petiolus.*

a. *Figura.*

b. *Magnitudine.*

c. *Insertione.*

d. *Directione.*

e. *Superficie.*

3. *Stipulae.*

II. *Processus herbacei.*

Cirrhus.

III. *Processus pungentes.*

1. *Aculeus.*

Furca.

2. *Spinae.*

3. *Stimuli.*

4. *Mucro.*

Cuspis.

Hamus.

Glochis.

IV. *Vestitus glandulosus.*

Glandula.

V.

<i>V. Vestitus pilosus.</i>	E. RADIX.
1. <i>Seta.</i>	<i>Fibra.</i>
<i>Arista.</i>	<i>Fibrilla.</i>
2. <i>Strigae.</i>	<i>Radicula.</i>
3. <i>Pili.</i>	<i>Bulbus.</i>
4. <i>Villi.</i>	<i>Tuber.</i>
5. <i>Lana.</i>	a. <i>Figura.</i>
6. <i>Tomentum.</i>	b. <i>Substantia.</i>
7. <i>Pubes.</i>	c. <i>Directione.</i>
8. <i>Sericum.</i>	d. <i>Duratione.</i>
9. <i>Barba.</i>	
10. <i>Cilia.</i>	
<i>VI. Vestitus pulverulentus.</i>	Planta.
<i>Furfur.</i>	a. <i>Genere.</i>
<i>Pruina.</i>	b. <i>Genitalium</i>
<i>VII. Vestitus succulentus.</i>	<i>Numero.</i>
<i>Viscositas.</i>	<i>Relatione.</i>
<i>Glutinositas.</i>	c. <i>Cotyledoni-</i>
	<i>bus.</i>
	d. <i>Periodo.</i>
	e. <i>Duratione.</i>

*) Notari debet in limine Terminologiae Botanicae significatio terminorum quorundam saepius obviatorum:

a. aut e aut ex, praepositiones, notant defectum partis: aphyllum, ebracteatum, exstipulatum.

bus,

sub, praepositio, notat statum characteris imperfectum (idem ac fere): subsessile, subrotundum, subovatum.

ob, praepositio, notat figuræ situm inversum (idem ac inverse): obcordatum, obovatum.

In terminis compositis ex duabus notionibus minus eminentius praeponitur in ablativo, eminentius sequitur declinabile: lanceolato-ovatum, ovato-lanceolatum.

A. FRUCTIFICATIO.

1. *Fructificatio*. Aggregatum partium plantae propagationi inservientium.

Fructificationis partes sunt tres: Flos,

Fructus, Thalamus.)

Flos. Genitalia plantae, cum partibus accessoriis.

Fructus. Ovum plantae foecundatum, cum partibus accessoriis.

Thalamus. Pars plantae, cui Flos et Fructus insident.

Fructificatio simplex, unico flore constans.

— — — *composita*, pluribus flosculis confluentibus supra communem thalamum.

- a. 2. *Flos*. Genitalia plantae, cum partibus accessoriis.
Essentiales floris partes sunt genitalia;
minus essentielles corolla, calyx, pedunculus;
accidentales nectarium.
- I. 3. *Stamen*. Genitale masculinum, emittens pulverem foecundantem. Noscitur capitulo pulverifero. Partes: Filamentum, Anthera, Pollen. Numero 1. usque 1000,

Insertione.

4. *receptaculacea*, thalamo inserta; faciunt plantas *thalamostemones*.
5. *calycina*, calyci inserta; faciunt plantas *calycostemones*.
6. *corollina*, corollae inserta; faciunt plantas *petalostemones*.
7. *nectarina*, nectario inserta; faciunt plantas *parapetalostemones*.
8. *gynandra*, stylo inserta; faciunt plantas *stylostemones*.
- Insertione, respectu pistilli.
9. *hypogyna* Jussieui, infra pistillum s. thalamo inserta.
- 10. *perigyna* Jussieui, circa pistillum s. calyci inserta.
11. *epigyna* Jussieui, supra germen s. pistillo inserta.

In-

Insertione, respectu calycis.

12. *opposita calyci*, seu eius phyllis vel segmentis.

alterna, cum iisdem alternantia (vide 123.)

1. 13. *Filamentum. Fulcrum elevans antheram.*

a. Figura.

14. *capillare*, crassitie pili.

15. *filiforme*, crassius pilo, aequalis ubique crassitie (370.) *planum* 734. *lanceolatum* 635. *subulatum*. 751. *cuneiforme* 633.

16. *dilatatum*, utroque latere explanatum.

bifidum 654. *multifidum* 654.

dentatum 672. *emarginatum* 682.

b. Superficie.

barbatum 837. *lanatum* 833. *pilosum* 831, *glanduliferum* 822. *membranaceum* 743.

c. Directione.

erectum 452. *incurvatum* 459. *declinatum* 457. *connivens* — (et termini foliorum directionem notantes 597. et seq.)

d. Proportione.

17. *longissima*. 18. *brevissima*, longitudinis relatione ad corollam.

19.

19. *aequalia* 20. *inaequalia*, longitudinis I. figurae relatione inter se.
- e. Insertione.
Vide terminos insertionis staminum.
4 - 12.
2. 21. *Anthera*. Capitulum, filamento insidens, pulveriferum.
- a. Figura.
oblonga 631. *globosa* 856. *semilinaris*. *angulata* 477. 641. *linearis* 636. *sagittata* 648. *subulata* 751. *dentata* 672. *cruciata*. *rostrata*.
22. *didyma*, duobus nodis extus protuberans.
23. *bicornis*, in duos apices desinens.
24. *bifida*, inferius fissis, superius linearis.
25. *aristata*, in aristam terminata.
26. *spiralis*, in modum cochleae torta.
27. *operculata*, clausa epistomio abjiciendo (in muscis).
- b. Insertione.
28. *erecta*, basi sua apici filamentum affixa.
29. *incumbens*, filamentum horizontaliter imposita.
30. *lateralis*, lateri filamentum adhaerens.
- libera*. *subcoalita*. *connata* 613.
31.

31. *exserta*, extra corollam promi-
nens.
32. *inclusa*, intra corollam.
- c. Numero.
unica-quinque, in singulo filamento.
- d. Proportione.
33. *longissima*. 34. *brevissima*, re-
latione longitudinis ad eam fila-
mentorum.
35. *aequales*. 36. *inaequales*, relatio-
ne ad se invicem.
- e. 37. *sterilis*, polline carens.
38. *foecunda*, — foeta.
3. 39. *Pollen*. Pulvis antherae adhaerens
vel inclusus (genitura plantae).
Defectus partium Staminis:
40. *Anthera sessilis*, deficiente fila-
mento.
41. *Stamen castratum*, — anthera.
42. *Rudimentum staminis*, — polline.
A staminum numero, proportio-
ne, coadunatione, et relatione
ad pistilla desumuntur classes
systematis Cel. Linnaei.
- II. 43. *Pistillum*. Genitale foemineum,
medium floris occupans, infra no-
dosum. Partes: Germen, Stylus,
Stigma.
1. 44. *Germen*. *Ovarium*. Pistilli pars
infima, *nodosa* (rudimentum
fructus.)

a. Numero. 1-5., plura.

b. Figura.

subrotundum 626. *ovatum* 627.

oblongum 631. *conicum*. *cordatum* 645. *globosum* 856.

fissum, 2-4 *fidum* 645. 3-4 *partitum* 656. *angulatum* 477. *tetragonum* 478.

45. *didymum*, duobus nodis extus *gibbum* 22.

c. Loco.

46. *superum*, corolla aut calyce *inclusum*.

47. *inferum*, extra corollam et calycem *positum*.

d. Insertione.

sessile 353. *pedicellatum* 354.

e. Mensura.

48. *longum*, ratione longitudinis *staminum*, corollae.

49. *magnum*, ratione corollae.

2. 50. *Stylus*. Columna e germine *emergens*, stigma *elevans*.

a. Numero. 1-12, plures; unde *ordines systematis plerique* (*Gyniae dicti*).

b. Proportione.

51. *longissimus*. 52. *longus*. 67. *brevissimus*. 54. *crassus* respectu *staminum*.

c.

e. Divisione.

simplex. bifidus 654. *quinquefidus*
654. *dichotomus* 522. *quadripar-*
titus 656.

d. Figura.

teres 473. *filiformis* 370. *capillaris*
638. *subulatus* 751. *alatus* 482.
ensiformis 758. *clavatus* 793.

e. Directione.

erectus 452. 551. *connivens. refle-*
xus 558. *declinatus* 457. *adscen-*
dens. 456. *recurvus* 600. 813. *in-*
curvus 459. 599. 812.

3. 55. *Stigma*. *Summitas pistilli*, (saepe madida humore).

a. Numero. 1 5.

b. Divisione.

simplex. bi-multifidum 654. 2-6.
partitum 656.

c. Figura.

56. *acutum*, apice attenuato terminatum.

57. *capitatum*, globo terminatum.

58. *peltatum*, globo supra complanato terminatum.

59. *bilamellatum*, globo compresso, longitudinaliter bifido, terminatum.

cruciforme. uncinatum. umbilicatum.

d.

d. Mensura, respectu longitudinis Styli.
Defectus partium Pistilli:

60. *Pistillum sterile*, deficiente ger-
mine.

61. *Stylus nullus*, deficiente stylo
(s. *stigma sessile*).

62. *Pistillum sterile*, deficiente sti-
gmate.

Perigonium. Cinctura genitalium quae-
cunque: corolla, nectarium; —
anthodium, calyx, gluma, squam-
ma.

III. 63. *Corolla*. Cinctura genitalium te-
nerior, interior, ut plurimum co-
lorata. — Interius tegumen flo-
ris (rarissime absque calyce), e
libro pedunculi natum (plerum-
que coloratum, ante foecundatio-
nem vicens, cum staminibus ple-
rumque periens), fructum invol-
vens aut coronans, nunquam cum
eo concrevens, et partes cum
staminibus numero aequalibus
saepius alternans (*Jussieu.*)

In *calyce colorato* numerus incisio-
num non respondet staminibus,
nec cum his alternatim locantur.

64. *Gluma interior*. Corolla graminum
membranacea, tenerior exteriore,
quae calycem constituit (vide 146).

65. *Petalum*. Pars Corollae disjunctae,
a. Aequalitate.
66. *aequalis*, partibus corollae magnitudine et proportione respondentibus.
67. { *regularis*, aequalis figura, magnitudine et proportione partium limbi. n. 80 - 88.
68. { *irregularis*, diversa figura, magnitudine et proportione partium limbi n. 90 - 93. et 102.
69. *inaequalis*, partibus corollae (non magnitudine, sed) sola proportione respondentibus.
70. *difformis*, partibus nec magnitudine nec proportione respondentibus.

b. Divisione.

71. *laciniata*, divisa in 2. aut plures lacinias s. lobos (divisiones limbi majores, basi tamen connexae): *fissa* ad medium, *partita* ad basin fere 158. 159.
72. *mono — di — tri — tetra — penta — hexa — polypetala*, a numero petalorum: 1. 2. 3. 4. 5. 6. multorum.

*) Termini sequentes sunt Corollae et petalorum.

c. Margine.

B

cre:

crenata 667. *serrata* 668. *ciliata*
674. *dentata* 672. *emarginata*
682. *integra* 664.

d. Figura sunt petala :

acuminata 686. *bifida* 654. *bipar-*
tita 656. *biloba* 655. *concava* 735.
inflexa 599. *reflexa* 601. *corda-*
ta 645. *cuneiformia* 633. *lanceo-*
lata 635. *linearia* 636. *oblonga*
631. *ovata* 627. *subrotunda* 626.

e. Superficie.

villosa 832. *tomentosa* 834. *pilosa*
831. *barbata* 837. *hirsuta* 839.

f. Directione sunt petala :

patentia 553. *patentissima* 554.
erecta 452. *conniventia*, *distan-*
tia.

g. Proportione.

longissima, *brevissima* respectu
longitudinis calycis.

h. Situ.

supera 169. *infera* 170. — *hypogy-*
na 9. *perigyna* 10. *epigyna* 11.

i. Duratione.

73. *caduca*, post explicationem floris
decidens.

74. *decidua*, cum floris casu decidens.

75.

75. *persistens*, permanens usque ad
maturitatem fructus.
76. *marcescens*, persistens, at con-
tabescens.

k. Colore.

l. Compositione.

- a) *Corolla monopetala*. Corolla
non disjuncta vel saltem divisioni-
bus confluentibus constans.
77. *Tubus*, pars corollae monopeta-
lae inferior, cylindrico — cava,
thalamo affixa. Adest in omni-
bus monopetalis, exceptis cam-
panulatis et quibusdam rotatis.
78. *Faux*, orificium tubi, inter laci-
nias corollae hians.
79. *Limbus*, pars corollae monopeta-
lae superior, ut plurimum dila-
tata.

Figura.

80. *globosa*, globum referens.
81. *campanulata*, ventricosa, absque
tubo, superius dilatata.
82. *tubulosa*, tubum cylindricum re-
ferens.
83. *clavata*, tubo sursum latiore, mar-
gine parum dilatato.
84. *infundibuliformis*, inverse conica
tubo imposita.

85. *hypocrateriformis*, plana, tubo imposita.
86. *rotata*, plana, absque tubo, vel tubo brevissimo insidens.
87. *cyathiformis*, tubo superne parum dilatato, margine erecto.
88. *urceolata*, tuba cylindrico brevi, in planum marginibus erectis praeditum, dilatato.
89. *contorta*, lobis in limbo omnibus in idem latus tortis.
90. *ligulata*, inferius tubulosa, superius in laciniam oblongam extrorsum expansa.
91. *bilabiata*, limbo in lacinias duas oppositas diviso (Partes vocantur *labia* suntque Galea et Labium proprie dictum).
92. { *ringens*, bilabiata, fauce aperta, hiante.
93. { *personata*, bilabiata, palato clauso. Partes ringentis et personatae sunt:
94. { *Tubus*, pars corollae inferior (77).
95. { *Collum*, pars tubi superior.
96. { *Faux*, hiatus inter lacinias tubi orificium constituens.
97. { *Rictus*, hiatus inter utrumque labium corollae ringentis.

98. { *Palatum*, processus labii inferioris versus superiora, occludens rictum personatae corollae.
99. { *Labium* (*Barba*, *Labellum*) pars inferior corollae bilabiatae (interdum et unilabiatae).
100. { *Galea*, pars superior s. labium superius corollae ringentis aut personatae.
101. { *Calcar*, saccus tubulosus corollinus.
102. *unilabiata*, alterutro labiorum corollae deficiente (*utpl.* superiore).
103. *clausa*, fauce squammulis conniventibus obturata (*faux fornicata*).
104. *coronata*, tuberculis coarctata.
105. *coarctata*, angustior tubo.
106. *nuda s. pervia*, aequalis vel amplior tubo.
107. *malvacea*, quinquepartita (fere 5petala), unguibus lateraliter concretis.
- b) *Corolla polypetala*, corolla pluribus petalis constans.
108. *Unguis*, petali pars inferior, attenuata, thalamo affixa.

109. *Lamina*, petali pars superior
latior, patula.

Número petalorum.

di — tri — tetra — penta — hexa
— octo — polypetala.

Figura regulari.

110. *cruciata*, petala 4, plerumque
unguiculata, patentia, calyce tetra-
traphyllo, staminibus tetradyna-
mis (882.).

111. *rosacea*, petala 5, unguibus fe-
re destituta, patentia.

malvacea, interdum pentapetala
(107).

112. *caryophyllacea*, petala 5, ple-
rumque longe unguiculata, laciniis
patentibus, calyce plerumque tu-
buloso et monophyllo.

113. *liliacea*, petala 6, aut 3, absque
calyce.

Figura irregulari.

114. *papilionacea*, petala 4, latera-
libus duobus aequalibus, stamini-
bus decem. Partes ejus sunt:

115. *Carina*, petalum infimum, cym-
biforme, genitalia involvens.

116. *Alae*, petala duo lateralia, solita-
ria.

117. *Vexillum*, petalum supremum, adscendens, plerumque maximum.

Carina in duas partes distincta facit papilionaceam pentapetalam.

118. *orchidea*, petala 5, tribus sursum flexis, duobus lateralibus, nectario intermedio deorsum flexo.

119. *calcarata*, petala 5, quorum unum sacco corollino (calcare 101) instruitur.

Corolla composita) potius flos compositus 216). Flos e pluribus corollis, calyce aut thalamo communi inclusis constans.

IV. 120. *Nectarium* (*Parapetalum*). Corolla difformis, ad consuetas floris partes non referenda.

a. Figura.

121. *calcaratum*, in tubum incurvum apice clausum desinens (101).

122. *coronans*, in corolla formans circulum elevatum corollium. Differt a 104.

stellatum 594. *rotatum* 86. *conicum*. *globosum* 89. *foveatum*. *poriforme*. *glandulare* 822. *squammatum*.

b. Insertione.

calycinum. *petalinum*. *stamineum*. *pistillaceum*. *receptaculaceum*.

V.

- V. 123. *Calyx*. Cinctura floris extima, ut plurimum viridis, consistenterae foliaceae. — Tegumen floris exterius, e cortice pedunculi floralis enatum (sub pistillo ortum, eidem jam partim, jam omnino adhaerens, epidermidis instar), lobos non alternans cum staminibus. Adest in Narcissoideis, Liliaceis, licet in his auctores corollam dicant (*Jussieu*).
124. *Phyllum*, pars calycis disjuncti (Linnaeo saepe foliolum calycinum, aut segmentum).

Species Calycis sunt.

1. 125. *Bracteae*, folia basi florum s. pedunculorum adnata, facie a caeteris foliis diversa.
- coloratae* 696. *caducae* 762. *deciduae* 763. *persistentes* 764.
126. *Coma*, bracteae caulem terminantes, congestae, magnitudine insignes.
127. *bracteata*, e bracteis congestis.
128. *foliosa* e foliis congestis.
131. *ebracteatum*, defectum bractearum notat.

Ad bracteas etiam referuntur termini et characteres foliorum 582. et seq.

2. 132. *Involucrum*. Calyx, (plerumque) a flore remotus (plantarum umbellatarum); bracteis plerumque verticillatis aut semiverticillatis constans (375).
- α) 133. *universale*, subjectum umbellae universali (409),
134. *partiale*, subjectum umbellae partiali (*involucellum*, involucrum parziale pedunculi e communi puncto exeuntis).
135. *proprium*, subjectum cuilibet flori.
- β) 136. *mono — di — tri — polyphyllum*, a numero phyllorum.
137. *dimidiatum*, ab altero latere deficiens.
- pinnatifidum* 659. *reflexum* 558.
3. 138. *Indusium*. Membrana tenuis genitalia et semina filicum includens.
- planum. peltatum* 623. *corniculatum*.
4. 139. *Perichaetium*. Calyx musci foliosus, membranaceus, setaceus, post deflorationem basim setae cingens.
5. 140. *Volva*. Calyx fungi membranaceus.

141. *approximata*, ad pileum accedens.
142. *remotissima*, a pileo distans.
6. 143. *Spatha*. Calyx longitudinaliter dehiscens, florem adhuc impuberem includens, ut plurimum ante florescentiam marcescens.
- uni* — *bivalvis* 269.
uni — *bi* — *multiflora*.
144. *dimidiata* (*lacera*), latere tantum interiore fructificationem obvestiens.
145. *vaga*, communis plures partiales includens.
- marcescens* 76. *persistens* 75.
146. *Gluma*. Calyx Graminis, phyllis concavis alternatim locatis constans.
147. *Valvae*, phylla concava alternantia, glumam constituentia.
148. *Arista*, filum setiforme e gluma (aut seminis apice exiens 254, 326,
- a. 149. *uni* — *bi* — *multivalvis*, a numero valvarum constituentium.
- b. 150. *uni* — *bi* — *multiflora*, a numero florum contentorum.
- c. *colorata* 696. *glabra* 692. *villosa* 722. *hispida* 719. *striata* 706.

d.

- d. 151. *mutica*, arista destituta.
152. *aristata*, arista instructa.
8. 153. *Perianthium*. Calyx fructificationi contiguus, proprius *uni* flori.
154. *Fructificationis*, stamina, germenque includens: floris ♀.
155. *Floris*, stamina absque germine includens: floris ♂.
156. *Fructus*, germen absque staminibus includens: floris ♀.
- a. Partibus.
157. *mono — di — tri — tetra — penta — polyphyllum* a numero phyllorum (segmentorum). Est maximum divisionis.
- b. Laciniis.
158. 2-5 *fidum*, ad medium usque incisum. Est minimum divisionis.
159. 2-5 *partitum*, ad basim fere incisum. Est medium divisionis.
- c. Margine.
160. *integrum* 664. *serratum* 668. *dentatum* 672. *ciliatum* 674.
- d. Apice.
- obtusum* 679. *acutum* 685. *acuminatum* 686. *spinosum* 675. 816. *aculeatum* 811.
- e. Proportione.

- 161. *abbreviatum*, *mediocre*, *longum* respectu longitudinis tubi corollae.
- 162. *aequale*, *inaequale*, a laciniarum ad se relatione.
- 163. *labiatum*, laciniis irregularibus in duo labia hiantibus.

f. Figura.

- 164. *tubulosum*, cylindricae figurae.
- 165. *patens*, phyllis vel laciniis ad angulum fere rectum (acutum) insidentibus.
- 166. *reflexum*, laciniis retrorsum flexis.
- 167. *inflatum*, instar vesicae cavum. *globosum* 80. *clavatum* 83. *erectum* 551.

- 168. *turbinatum*, obverse conicum.

g. Situ.

- 169. *superum*, germini insidens.
- 170. *inferum*, infra germen descendens.

h. Duratione.

- 171. *caducum*, ad explicationem floris decidens.
- 172. *deciduum*, una cum corolla decidens.

173. *persistens*, adhuc in fructu superstes.
- i. Compositione.
174. *simplex*, unicum, unica phyllorum serie.
175. *calyculatum*, basi calyce minore cinctum.
176. *duplex*, *multiplex*, unum suscipit aliud.
9. 177. *Anthodium*. Calyx fructificationi contiguus, communis s. *plures* includens flores (flosculos).
- a. 178. *monophyllum*, indivisum, unico phyllo constans, s. phyllis basi cohaerentibus,
di — *polyphyllum*, duobus, pluribus phyllis constans.
- b. 179. *aequale*, laciniis aut phyllis omnibus ejusdem longitudinis.
- c. Structura.
180. *imbricatum*, squammis ita sibi impositis, ut duarum commissura tegatur per tertiam.
181. *squarrosum*, phyllis apice patentibus.
182. *scariosum*, phyllis aridis, siccatione non mutabilibus.
183. *spinosum*, phyllis spinosis.
- d.

d. Figura.

turbinatum 168.

184. *globosum*, figurae et superius et inferius rotundae.

185. *haemisphaericum*, figurae superius planae, inferius rotundae.

186. *teres*, cylindricum, longum.

e. Compositione.

187. *simplex*, unicum s. unica phyl-
lorum serie constans.

188. *calyculatum*, basi alio antho-
dio exiguo cinctum.

10. 189. *Palea*. Vagina flosculi, e tha-
lamo communi orta.

Flos.

190. *Flosculus*. Flos, qui cum pluri-
bus aliis communi calyce aut tha-
lamo concluditur.

a. Genitalibus.

191. { *masculus*, genitalibus mascu-
lis solis praeditus. ♂

192. { *foemineus*, genitalibus foemi-
neis solis praeditus. ♀

193. { *hermaphroditus*, genitalibus
ntrisque praeditus. ♀

194. { *castratus*, anthera naturaliter
carens.

195. { *neuter*, genitalibus naturali-
ter carens.

196.

196. { *mutilus*, genitalibus casu deficientibus (climate, cultura).
197. { *luxurians*, genitalibus in alterius partis formam effectis.
monstrosus, genitalibus in petala excrescentibus (s. corollam multiplicans e staminibus aut pistillis; *flos plenus*).
199. { *multiplicatus*, calycem aut nectaria multiplicans, genitalibus numero non deficientibus.
200. { *prolifer*, e centro floris alium protrudens (germen in pedunculum floris abit).
201. { *sterilis*, stigmatate vel germine carens (hinc semina non proferens).
202. { *fertilis*, semina proferens.
203. { *abortiens*, germinibus foecundatis ante maturitatem fructus contabescentibus (fructum non perficiens).

b. Genitalium cinctura.

204. *completus*, corolla et calyce gaudentis.
205. *incompletus*, cinctura genitalium alterutra carens,

206. *corollatus*, calyce carens (*aphyllus*, Linnaeo *nudus*).
207. *calycatus*, corolla carens (*apetalus*).
208. *nudus*, cinctura genitalium utraque carens.
- c. Situ (relae ad germen).
209. *superus*, *epicarpus*, thalamo supra germen (*germen inferum*).
210. *inferus*, *hipocarpus*, thalamo sub germine (*germen superum*).
- d. Insertione (relate ad plantam, aut inter se),
- Flores laterales, terminales, radicales, caulini. ramei. sparsi 549. solitarii. conferti 550. aggregati. oppositi 544. alterni 546. secundi 590. supraaxillares 586. oppositifolii 807. interfoliacei 806. sessiles 353. pedunculati 354.
- e. Numero.
211. *unicus* in tota planta.
- 212-214. *solitarius*, *terni*. *copiosi*,
- f. Directione.
- erecti* 452. *cernui* 364. *nutantes* 365. *resupinati* 608. *verticales* 607. *horizontales* 604.
- g. Compositione.

215. { *simplex*, constans fructificatione unica super thalamo.
216. { *compositus*, constans flosculis pluribus corollatis (rarius completis) intra anthodium aut communem thalamum, syngenesisticis 886. et monospermis (*Gymnomonospermae* Scopoli).
217. { *aggregatus*, constans flosculis pluribus corollatis aut completis, intra anthodium, vel non syngenesisticis vel fructibus polyspermis (Plantae his praeditae sunt angiospermae).

Partes florum compositorum et aggregatorum;

218. *Discus*, regio media floris compositi aut aggregati.
219. *Radius*, regio exterior floris compositi aut aggregati.
220. *concolor*, disco et radio ejusdem coloris.
221. *discolor*, — — — diversi coloris (*argyrocomus*, *chrysocomus* flos).

Species florum compositorum, a figura flosculorum.

222. *discoidei*, corollulis flosculorum omnium infra tubulosis, supra la-

ciniis quaquaversum patentibus (*flosculosi, tubulosi*).

223. *semiflosculosi*, corollulis flosculorum omnium infra tubulosis, supra versus exterius latus porrectis (ut plurimum explanatis in ligulam: *ligulati*).
224. *radiati*, corollulis radii difformibus, majoribus.
225. *semiradiati*, corollulis disci tubulosis, radio ligulatorum unilaterali.
- h. 226. Florescentia. Temporis momentum ꝛ quo pollen staminum cadit supra stigmata pistillorum. Respectu hujus sunt plantae:
227. *impuberes*, flores apparere incipiunt, nondum evoluti.
228. *nubiles*, flores debitae magnitudinis, stigmate adhuc sicco et antheris turgidis.
229. *florescentes*, dum pollen cadit supra stigmata.
230. *deflorati*, antheris contractis, inanibus aut delapsis, stigmate pulverulento.
- i. Inflorescentia (352. et seq.) sunt flores:

verticillali 375. *capitati* 383. *spicati* 385. *racemosi* 395. *corymbosi* 400. *umbellati* 403. *cymosi* 420. *fasciculati* 421. *paniculati* 422. *Thyrus* 428. *Amentum* 429.

β. 231. *Fructus*. Ovum plantae foecundatum, cum partibus accessoriis. (E germine intumescente natum, seminibus gravidum).

Partes ejus sunt:

232. *Semen*, nucleus in plantae germine natus (ovum vegetabile, rudimentum plantae novae). Est pars essentialis fructus.
233. *Pericarpium*, Velamentum semina includens. Est pars fructus accidentalis. (*Perispermium* recentiorum est tegumen seminis quodcunque).

VI. *Semen*.

234. *Nucleus*. Semen epidermide nudo contentum.

235. *Besemina*. Semina fungorum in poris, ad lamellas, aut echinos (subulatos).

a. Partibus.

1. Partes essentielles: quae in omni semine adsunt.

236. *Corculum*, *Embryo*, pars, quae germinatione in plantam excrescit, et (ut plurimum) in duas prolongatur partes.
237. *rostellum* (*radicula* Gaertneri), pars corculi germinatione in stationem (terram, aquam, alias plantas etc.) penetrans, radicem formans (pars simplex descendens).
238. *plumula*, pars corculi germinatione extra stationem prodiens, caulem formans (pars squamosa adscendens), cotyledones ferens.
2. Partes minus essentielles: quae in plurimis seminibus adsunt:
239. *Cotyledon*, corpus spongiosum, corculo majus, id vestiens, nutriens.
240. *Pellicula* (*Spermodermis* Candollei), membrana semen immediate obvestiens.
241. *Hilum* s. *Umbilicus*, cicatrix pelliculae, ab adhaesione super thalamum residua.
242. *Funiculus umbilicalis*, filamentum, quo semen receptaculo adnectitur.
3. Partes accidentales: quae in quibusdam tantum seminibus adsunt:
- a. 243. *Corona*, cinctura verticis seminis membranacea (*calyculus seminis*).
- 244.

244. *simplex*, margine indiviso.
245. *paleacea*, in lacinias divisa.
246. *cristata*, — — — profunde partita.
- b. 247. *Alae*, cincturae seminis membranaceae laterales aut terminales.
- Numero.
248. *mono* — *di* — *tri* — *tetra* — *polypterygia* s. *multialata* semina.
- c. 249. *Pappus*, cinctura verticis seminis pilosa.
- | | | |
|------|---|--|
| 250. | } | <i>pilosus</i> s. <i>simplex</i> , pilis indivisis. |
| 251. | | <i>plumosus</i> , pilis ramosis s. pennatis. |
| 252. | | <i>paleaceus</i> , lamellis constans (linearibus aut lanceolatis.) |
| 253. | | <i>sessilis</i> , semini ipsi insidens. |
| 254. | } | <i>stipitatus</i> , filo prolongato seminis insidens. |
- d. 255. *Cauda*, productio filiformis verticis seminis (interdum *Arista* 148).
simplex. *geniculata* 514.
nuda 691. *pilosa* 727.
256. *Hamus*, cauda acuminata, curvata.
257. *ecaudatum* notat defectum caudae.

e. 258. *Lana*, pili longissimi toti seminis superficiei adhaerentes.

f. 259. *Cupula*, calyculus glandium quercinarum basim ambiens.

Semina coronata. alata. papposa. caudata. hamosa. lanata. (calyculata).

b. Numero.

unicum. 2. 3. 4. plura. plurima in plantis mono — di — tri — tetra polyspermis.

c. Tegmine.

260. *nuda*, pericarpio carentia: faciunt plantas *gymnospermas*.

261. *tecta*, pericarpio inclusa: faciunt *angiospermas*.

262. *nidulantia*, in superficie externa pericarpium haerentia.

263. *pendula*, extra pericarpium e filo dependentia.

d. Figura.

rotundata. oblonga. conica. ovata. triquetra. linearia. lanceolata. reniformia. cymbiformia. acuminata. aristata 255. aculeata.

e. Superficie.

nitida 693. glabra 692. scabra 728. rugosa 712. striata 706. sulcata

707.

707. *hirta* 840. *villosa* 722. *hispidula* 729. 841. *echinata* 815. *muricata* 497.

f. Substantia.

fungosa. succulenta. carnosae. paleacea 189. *coriacea. baccata* 322. *cartilaginea. ossea.*

g. Loculis.

bi—tri—multilocularia 273.

VII. *Pericarpium. Velamentum semina includens.*

264. *siccum s. crustosum*, ante vel per maturitatem vel germinatione dehiscens, suturis notatum.

265. *succulentum s. carnosum*, non dehiscens (ut plurimum tenerius).

266. *compositum*, utraque pericarpiorum specie constans.

267. *imperfectum*, semina non undique vel laxè ambiens.

268. *spurium*, ortum e vestigiis calycis aut corollae, aut thalamo (plantarum gymnospermarum).

Pericarpia sicca.

Partes pericarpiorum siccorum sunt:

269. *Valvulae*, parietes externi, formantes pericarpium siccum.

270. *Sutura*, lineae ad conjunctionem valvularum eminentes, distinguentes.

271.

271. *Dissepimenta*, parietes interni pericarpium in concamerationes dirimētes.
272. *Columella*, axis per medium pericarpium adscendens, dissepimenta colligens.
273. *Loculamentum*, cavitas formata a valvulis, dissepimentis et columella.
274. *Seminum receptacula*, lineae tumidiores, semina aduēxa habentes.

Species pericarpiorum siccorum.

1. 275. *Capsula*. Pericarpium siccum, cavum, sub maturitate determinate dehiscens (et negativum seq. Pericarpiorum).
 - a. Partibus, supradictis constans (semina ut plurimum columellae affixa),
 - b. Figura.
 - turbinata. inflata. globosa. cylindracea. columnaris. ovata* 627.
 - oblonga* 631. *obcordata* 645. *obtusata* 679. *acuminata* 686. *ventricosa. compressa* 753.
 - triquetra* 479. *tetragona* 478.
 - trisulca. quaerisulca.*
 - triloba. quadriloba* 655.

276. *articulata*, geniculis coarctatis intercepta.

277. *coronata*, apice membranis in coronam digestis.

c. Protuberantiis.

278. *dicocca* s. *didyma*, duobus nodis extus gibba, constans seminibus duobus arillatis, sulco interjecto distinctis.

279. *tricocca*, tribus nodis extus gibba, constans tribus seminibus arillatis, sulco interjecto distinctis.

280. *tetracocca*, quatuor nodis extus gibba, sulco interjecto distinctis.

d. Superficie.

glabra. 692. *aculeata* 811. 736. *muricata* 497.

e. Substantia.

membranacea. *carnosa*. *corticata*. *lignosa*.

f. Numero.

simplex. *duplex*. *triplex*. *quintuplex*. *multiplex*.

Numero valvularum.

2. 3. 4. 5. *multivalvis* 269.

Numero loculamentorum.

1. 2. 3. 5. 9. *multilocularis* 273.

281. *submultilocularis*, dissepimentis pluribus medium capsulae non attingentibus.

g. Dehiscētia.

282. *elastica*, valvulas cum impetu subito disjiciens.

Suturis, basi, apice, transversim dehiscens.

283. *circumscissa*, media fere parte transversim in haemisphaeria duo dehiscens.

284. *operculo caduco*, pars capsulae superior tumidior horizontaliter separatur (*Operculum*).

Poris dehiscens.

285. *Semicapsula*. Pericarpium semen circiter dimidiatim (exteriore latere) ambiens, seminis vero interiorius latius nudum relinquens, quod thalamo clauditur. Malvaceis pluribus proprium.

2. 286. *Pyxidium*. *Theca*. Fructus musci siccus, in apice stipitis frondosi haerens. Est Capsulae operculatae species.

287. *Seta*, caulis e surculo exiens, thecam sustinens.

288. *Gymnocidium*, tuberculum ad basim setae (circumdatum a vagina, perichaetio).

289. *Apophysis*, tuberculum carnosum ad basim thecae.
290. *Calyptra*, cucullus muscorum, mitrae instar thecis impositus (orta e floris lacerati parte superiore).
291. *Peristoma*, marginis superior membranaceus, orificium thecae circumdans.
292. *Epiphragma*, membrana tenuis peristoma quandoque occludens.
293. *Operculum*, infra calyptram in peristomate locatum.
294. *Fimbria*, annulus dentatus ad operculum, elasticus, operculum dejiciens.
295. *Sporangidium* s. *columnula*, filum thecae medium transiens, semina annectens.
- β. 296. *Siliqua*. Pericarpium siccum, bivalve *longissimum*, affigens semina *secundum utramque suturam*, suturis dehiscens.

α. Partibus.

- Dissepimentum*, diaphragma distinguens, suturis annexum, semina affigens 271.
297. *parallellum*, latitudine et diametro transversali diametrum valvula-

valvarum fere adaequans (siliquae pleraeque ad valvulas compressae).

298. *transversum*, diametro transversali longe minori, quam diametro valvularum (siliculae ad suturas compressae).

Loculamentum 273. *Suturae* 270.

Valvulae 269.

b. *Figura.*

teres. tetragona. rostrata.

299. *compressa*, lateribus oppositis (valvulis) sibi invicem approximatis.

300. *torulosa*, prominentiis hinc inde gibbis.

301. *articulata*, geniculis coarctatis intercepta.

302. *Silicula*. Siliqua diametro longitudinali vix excedente transversalem.

Figura.

orbiculata 625. *cordata* 645. *obcordata. emarginata* 682. *lanceolata* 635.

303. *drupacea*, membrana duplici, externa molli, interiore dura 318.

4. 304. *Legumen*. Pericarpium siccum, bivalve, affigens semina secundum

dum suturam alteram tantum,
suturis dehiscens.

a. Partibus.

Valvulae 269. *Suturæ* 270.

b. Figura.

subrotundum 626. *ovatum* 627.
cordatum 645. *oblongum* 631.
lineare 636. *rhombeum* 642. *ob-*
tusum 679. *acuminatum* 686. *te-*
res 733. *alatum*. *compressum*.
inflatum. *turgidum*. *nodosum*.
isthmis interceptum (coarctatio-
nibus).

c. Substantia.

membranaceum. *carnosum*. *coria-*
ceum. *lignosum*.

305. *farctum*, *pulpa* s. *carne* reple-
tum.

d. Structura.

uni — biloculare 273.

isthmis interceptum, in locula-
ta interne transversim distinctum
(est *Lomentum*).

e. Mensura:

306. *longissimum*, *longum*, *latissi-*
mum relatione longitudinis vel
latitudinis ad eam corollae.

5. 307. *Lomentum*. *Pericarpium* siccum,
longum, dissepimentis transver-
sali-

salibus in loculamenta divisum, aut suturis aut articulis separabilibus transversim dehiscens (plurium Hedysarorum, Cassiae Fistulae).

a. Partibus.

Valvulae duae. *Suturae* duae. *Dissepimenta* transversalia.

b. Figura.

308. *articulatum*, dissepimentis extus discernendis.

309. *moniliforme*, articulis rotundatis constans.

cristatum. aculeatum.

c. Substantia.

310. *corticolum*, cortice externo sub lignoso, cavitate farcta.

6. 311. *Folliculus*. Pericarpium siccum, univalve (raro bivalve), dehiscens uno latere longitudinaliter, receptaculo seminum libero (Familiae Contortarum proprius).

7. 312. *Samara*. Pericarpium siccum, semen obvestiens et ultra hoc alae instar prominens.

8. 313. *Strobilus* s. *Conus*. Pericarpium siccum, semina sub squammis duris (lignosis) continens (ex Ameno natum).

Fi.

Figura.

cylindricus. conicus. ovatus. globosus. squarrosus 663.

314. *spurius*, constans squammis membranaceis.

9. 315. *Nux.* Pericarpium siccum, osseum, includens semina libera, non dehiscens maturitate (sed sub germinatione).

a. Partibus.

Valvulae. Suturae. Loculamenta.

316. *Putamen*, valvula ossea.

Nucleus, semen valvula ossea contentum 234.

b. Figura.

c. Numero loculamentorum.

d. Numero seminum.

10. 317. *Utriculus.* Pericarpium siccum, membranaceum, semen unum includens (a pellicula discretum: *Adonidis, Thalictri, Galii, Amaranthi*).

Pericarpia succulenta.

11. 318. *Bacca.* Pericarpium succulentum, e valve, epidermide tenera, seminibus nudis in- vel adhaerentibus. Differt figura, substantia, numero seminum et loculamentorum.

319. *recutita*, instar glandis praepu-
tio tecta.

1. 2. 3. 4. *pyrena* seminibus epidermide ossea arcte adnata tectis 1.
2. 3. 4.

Compositione.

- simplex*, unica post unum florem,
320. *composita*, e pluribus minoribus aggregatis constans (*acinis*).
321. *Acinus*, bacca parva, quarum plures succedunt uni flori, effluuntque baccam compositam.
12. 322. *Pepo*. Pericarpium carnosum, epidermide crassa dura, semina internaе superficieі carnis affigens.

Loculis: ut plurimum trilocularis (raro 5. 1. locularis),

Substantia.

carnosus. baccatus. exsuccus. corticosus.

Figura.

globosus. oblongus. lagenaeformis. curvatus. fusiformis. nodosus. verrucosus. echinatus.

Pericarpia composita.

13. 323. *Drupa*. Pericarpium succulentum aut coricaeum, continens nucem.
324. *mono — di — tri — tetrapyrena*, nuce 1. 2. 3. 4. contentis.

Nucleo integro, foraminuloso, sulcato.

14. 325. *Pomum*. Pericarpium carnosum
evalve, continens capsulam.
globosum. oblongum. bacca-
tum. muricatum. hispidum.
326. *Umbilicus*. Vestigium calycis
persistentis in apice pomi.
327. *corticolum* (qua epithetum). Pe-
ricarpium carnosum, obductum
epidermide crustosa, non dehi-
scente.
328. *obductum* (qua epithetum.) Pe-
ricarpium crustosum, obductum
carne, dehiscens.
329. *farctum* (qua epithetum). Peri-
carpium crustosum, repletum pul-
pa, seminibus inhaerentibus.
- Pericarpia imperfecta. s. Arilli in genere.*
330. *Calyptra*. Pericarpium, semen
ad basin nudum relinquens. Mem-
brana tenuis apicem thecae (cap-
sulae Muscorum hepaticorum) te-
gens, facile decidens (e corolla
transversim rupta oriunda.)
331. *Tunica*. Pericarpium membra-
nosum, semen laxè obvestiens.
332. *Arillus* (in specie). Pericarpium
duplex, diversae cohaesionis et
dehiscendiae (Malvaceis perperam
assignat L.)

Pericarpia spuria.

333. *Capsula spuria.* Calyx Capsulam mentiens , semina obvestiens , dissiliens.
334. *Strobilus spurius.* Strobilus squammis constans membranaceis , ex amenti squammis non induratis.
335. *Bacca spuria.* Calyx aut corolla carnosa facta , semina includens.
336. *Calyx persistens , basi semina fovens.* Calyx non mutatus , induratus , semen basi cingens , apice ejus libero.
337. *Thalamus baccatus.* Thalamus in carnem abiens , seminibus nidulantibus (Fragariae.)
-

Fructus.

338. *Tuberculum.* Fructus Algae haemisphaericus.
339. *Scutellum.* Fructus Algae orbiculatus , depressus , margine elevato depresso , ut plurimum ad stationem.
340. *Pelta.* Fructus Algae planus , oblon-

longus, obtusus, ut plurimum e petiolo frondis.

Numero fructuum.

2. 3. *multisiliquus*. — 2. 3. 5. *multicapsularis*, post unicum florem.

Numero seminum.

mono — *di* — *tri* — *tetra* — *polyspermus*, seminibus totidem nudis.

mono — *di* — *penta* — *polycoccus*, seminibus 1. 2. 5. multis arillatis, sulco interjecto distinctis.

γ. 341. *Thalamus. Receptaculum* (Synonymum Linnaeo usitatum). Basis, cui insidet fructificatio (aut tota, aut pars ejus).

a. 342. *Fructificationis*, flori et fructui communis: corollam et germen gerens.

343. *Floris*, basis floris absque germine: corollam tantum gerens.

344. *Fructus*, basis fructus, remota a floris thalamo; germen tantum gerens.

345. *Seminum*, basis, cui semina intra pericarpium affiguntur 274.

b. 346. *proprius*, partes unius fructificationis continens.

347. *communis*, plures flosculos, fructus continens.

c. *Figura*:

planus. convexus. ovatus. conicus. subulatus. globosus.

d. *Superficie*.

348. *nudus*, paleis, pilis, punctis destitutus.

349. *punctatus*, punctis excavatis.

350. *alveolatus*, s. *favosus*, foraminibus profunde penetrantibus.

pilosus 831. *setosus* 823.

351. *paleaceus*, squammulis siccis obsitus 189.

B. INFLORESCENTIA.

352. *Inflorescentia*. Modus, quo flores plantae annectuntur.

Insertione.

353. *sessilis*, floribus cauli aut ramo immediate insertis.

354.

354. *pedunculata*, floribus intermedio pedunculo plantae insertis.
355. *Pedunculus*. Fulcrum sustinens fructificationem (florem, aut fructum, communiter utrumque).
356. *communis*, plures elevans flores.
357. *partialis*, ramus pedunculi communis.
358. *Radius*, pedunculus Umbellatarum primae divisionis.
359. *Pedicellus*, fulcrum floris unius in pedunculo communi (seu Umbellatarum secundae divisionis).
360. *Rachis*, thalamus filiformis flosculos longitudinaliter annectens in spicam (Graminum).
- a. Loco (relate ad plantam).
361. *radicalis*, solum subradicalis, minus firmus, subobliquus.
Scapus 436.
caulinus, rameus, petiolaris, cirrhiferus.
terminalis, axillaris, oppositifolius, lateriflorus.
interfoliaceus 806. *extrafoliaceus* 805.
362. *suprafoliaceus*, altius, quam petiolus insertus cauli.

b.

b. Situ (ad se invicem).

alternus 546. *sparsus* 549. *oppositus* 544. *verticillatus* 548.

c. Numero.

solitarius.

363. *geminatus*, ex eodem puncto binis ortis.

d. Directione.

adpressus 597. *erectus* 551. *patens* 553. *adscendens* 456. *striatus* 453.

364. *cernuus*, apice extrorsum reflexus, terram spectans, rigidus.

365. *nutans*, apice extrorsum reflexus, terram spectans, laxus (a pondere).

— *resupinatus* 608. *declinatus* 457.

366. *flaccidus*, debilis, floris pondere quacunq; ratione cedens;

367. *pendulus*, nutans, laxus, apice prolongato verticaliter deorsum tendens.

368. *flexuosus*, a flore ad florem flexus.

369. *retrofractus*, vi quasi ad dependendum redactus.

e. Mensura.

Idem termini, qui apud petiolum.

f. Numero florum.

uniflorus. *multiflorus*.

g. Structura.

teres 473. *triqueter* 479. *tetragnus* 478.

370. *filiformis*, aequali ubique crassitie.

371. *attenuatus*, versus apicem decrescens mole.

372. *incrassatus*, versus apicem increscens mole.

clavatus 793. *geniculatus* 514. *articulatus* 768.

h. Vestitu.

nudus. *squammosus*. *foliatus*. *bracteatus* 125.

i. Compositione.

373. *simplex*, situs florum solitariorum.

374. *compositus*, situs florum plurium *determinate* congregatorum (Huc spectant species Inflorescentiae sequentes):

a. 375. *Verticillus*. Inflorescentia, floribus caulem *annulatum* ambientibus.

a. 376. *dimidiatus*, dimidium formans annulum.

377. *confertus*, verticillis sibi approximatis.

378.

378. *distans*, verticillis a se invicem remotis.
- b. 379. *sessilis*, absque pedicellis.
380. *pedunculatus*, pedunculis flores elevantibus.
- c. 381. *nudus*, absque involucre et bracteis.
382. *involucratus* 132. *bracteatus* 125.
- d. *sex—decem—multiflorus*.
2. 383. *Capitulum*. Inflorescentia, floribus pluribus in *globum* congestis (plerumque in apice pedunculi communis).
- a. *subrotundum. globosum. conicum. dimidiatum*.
- b. *sessile* 353. *pedunculatum* 354. *terminale. axillare*.
- c. *nudum* 697. *foliosum* 487.
384. *Glomerulus*, capitulum exiguum, ut plurimum axillare.
3. 385. *Spica*. Inflorescentia, floribus pluribus *sessilibus* (vel brevissime pedunculatis), in pedunculo communi longitudinaliter dispositis (in rachide 360).
- a. *Compositione*.
386. *simplex, non divisa*.

387. *composita*, pluribus constans spicis.

388. *glomerata*, spicillis varie congesta.

b. Figura.

ovata. cylindrica. linearis. articulata. ramosa.

389. *ventricosa*, lateribus gibbosis.

c. Situ florum.

terminalis. axillaris 586. *imbricata. interrupta.*

390. *secunda*, floribus in uno latere dispositis.

391. *disticha*. floribus duas series formantibus (licet undique ortis).

d. Vestitu.

392. *foliacea*, foliis interstincta.

393. *comosa*, foliolis terminata.

394. *Spicula* seu *Locusta*. Flos unus aut plures graminum, uni pedunculo inserti, unico calyce circumdati (Est 1. 2. 3. multiflora; communiter est Flos aggregatus Graminum).

4. 395. *Racemus*. Inflorescentia, floribus pluribus *pedunculatis*, in pedunculo communi longitudinaliter dispositis, pedunculis partialibus
api-

apicem pedunculi communis non
aequantibus.

a. Compositione.

396. *simplex*, pedunculis partialibus
simplicibus.

397. *compositus*, pedunculis partiali-
bus ramosis.

b. Situ florum.

398. *unilateralis*, floribus omnibus
ad alterum latus insertis.

399. *secundus*, floribus omnibus ad
alterum latus flexis. licet undi-
que ortis.

pedatus 774. *conjugatus* 770.

c. Directione.

erectus 551. *strictus* 453. (*laxus*)
472. *dependens* 603.

d. Vestitu.

nudus 691. *foliatus* 487. *bractea-*
tus 125. *pilosus* 831.

5. 400. *Corymbus*. Inflorescentia, flori-
bus pluribus pedunculatis, in pe-
dunculo communi simplici ubique
ortis, situ pedicellorum elevato
proportionato, ita, ut omnes ad
apicem pertingant (inferioribus
nempe longioribus, superioribus
brevioribus s. pedunculis *fasti-*
giatis 531).

a. Compositione.

401. *simplex*, flores singuli pedicellis propriis elevantur.
402. *compositus*, flores singuli pedicellis in ramos divisus insident.
6. 403. *Umbella*. Inflorescentia, floribus pluribus pedunculatis: pedunculis (e centro) communi ortis.
404. *Fadius*, pedunculus Umbellatarum primae divisionis.
- a. Insertione.
405. *sessilis*, radiis e caule vel ramo enatis.
406. *pedunculata*, radiis e pedunculi communis apice enatis.
- b. Divisione.
407. *simplex*, apicibus radiorum flore solitario adhaerente.
408. *composita*, apicibus radiorum *umbellula* (411.) adhaerente.
409. { *U. universalis*, constituta radiis omnibus.
410. { *U. partialis*, radio proprio adhaerens.
411. } *Umbellula*, pars umbellae universalis, apici radii unius inserta.
412. } *Pedunculus communis*, apice radios umbellae emittens.

413. { *Radius*, pedunculi proprii um-
bellularum vel florum 404.
Pedicellus, pedunculi floscu-
lorum umbellulae.

414. *prolifera*, umbella inter umbel-
lulas etiam proferens Umbellam
(dum radius umbellae simplicis
progignit umbellulam).

c. Figura.

convexa. concava. globosa. plana.
fastigiata.

415. *rara*, radiis valde distantibus.

416. *conferta*, — — approximatis.

417. *depauperata*, paucis gaudens
floribus.

418. *inaequalis*, floribus in ambitu
et disco diversis.

419. *radiata*, floribus in ambitu ma-
joribus.

419. b. *flosculosa* floribus disci et ra-
dii aequalibus.

d. Vestitu s. Cinctura.

nuda 485. *involucrata* 132.

e. Directione.

erecta 452. *nutans* 365.

f. Fertilitate.

abortiva 203. *fertilis* 202.

7. 420. *Cyma*. Inflorescentia, floribus
pluribus pedunculatis, pedunculis
e centro universali ortis, partiali-
bus vagis, divisis in pedicellos flo-
flo-

florigeros fastigiatos (Est Umbel-
la irregularis vel ortu, vel divisio-
ne vel utrisque).

- a. *Divisione in ramos primarios.*
3. 4. 5. fida. 3. 5. partita.
 - b. *Insertione.*
sessilis 353. *pedunculata* 354.
 - c. *Vestitu s. cinctura.*
nuda 485. *bracteata* 125.
8. 421. *Fasciculus.* Inflorescentia, floribus pluribus pedunculatis; pedicellis circa apicem communis pedunculi ortis, simplicibus, erectis, parallelis, approximatis, fastigiatis (529), communi brevissimo.
9. 422. *Panicula,* Inflorescentia, floribus pluribus, sparsis in pedunculis multis, irregulariter divisis.
- a. 423. *simplex,* ramis lateralibus non divisis.
ramosa 527. *ramosissima* 528.
 - b. 424. *congesta,* floribus copiosioribus.
425. *densa,* floribus copiosissimis approximatis.
426. *spicata,* in spicam fere degenerans s. pedunculis brevioribus.
427. *coarctata,* ramis arcte sibi adpositis.

- c. patens* 553. *diffusa*. 460. *secunda* 590. *divaricata* 555. *dichotoma* 522. *brachiata* 525. (a situ ramorum 544).
10. 428. *Thyrsus*. Inflorescentia, panicula coarctata in formam ovatam, pedunculo communi crasso inserta (ambitu multis floribus obsito).
- a. *oblongus. ovatus.*
- b. *nudus* 485. *foliatus* 487.
11. 429. *Amentum* s. *Julus*. Inflorescentia, floribus pluribus in pedunculo communi sessilibus aut pedicellatis, ut plurimum squamulis densis (gemmae) tectis (Est spica vel racemus e gemma ortus).
- a. *cylindricum. ovatum. globosum. filiforme. attenuatum. imbricatum. crassum.*
- b. *squammosum, nudum, squammis minimis vel nullis.*
12. 430. *Spadix*. Inflorescentia, floribus pluribus columnae, in ramulos fructificantes divisae, ut plurimum e Spatha emergenti, insertis (Aroidearum, Palmarum).
13. 431. *Inflorescentia aggregata*. Inflorescentia, flosculis pluribus thalamo

- lamo communi dilatato insertis, non syngenesisticis aut fructum polyspermum procreantibus.
14. 432. *Inflorescentia composita*. Inflorescentia, flosculis pluribus thalamo communi dilatato insertis, syngenesisticis et fructum monospermum procreantibus.

C. T R U N C U S.

433. *Truncus*. Pars plantae e radice emergens, suprastationaria, reliquas elevans.
- a. Specie.
434. *Caudex*, truncus arborum, ligneus.
435. *Caulis*, truncus herbarum, elevans et folia et fructificationem.
436. *Scapus*, truncus elevans fructificationem, nec folia. Differt a *pedunculo radicali* 361.
437. *Culmus*, truncus Graminum.
438. *Stipes*, truncus in folia transiens (Filicum, Palmarum) aut in lamellas transiens (Fungorum, pileum sustinens).

Annulus, membrana tenuis stipitem annulatim ambiens.

439. *Surculus*, truncus Musci, folia gerens.

440. *Seta*, — — e surculo exiens, thecam sustinens.

441. *Stolo*, truncus lateralis, e radicis parte superiore propullulans.

442. *Sarmentum*, truncus lateralis, e basi trunci communis ortus, filiformis (geniculis radicanibus).

Defectus: 443. *acaulis*.

444. *exscapa*, planta, cujus flos radici insidet.

b. Duratione.

445. *herbaceus*, annuus (hyeme periens), non lignosus.

446. *suffruticosus*, ramis quotannis marcescentibus, basi permanens.

447. *fruticosus*, perennis totus, pluribus lignosis caudicibus constans.

448. *arboreus*, perennis totus, caudice lignoso simplice.

c. Substantia.

449. *solidus*, interne continuus, totus similari materia constans (*lignosus*, *carnosus*).

450. *inanis*, interne cavus medulla spongiosa repletus (seu *medullosus*.)

451. *fistulosus*, interne tubulosus, cavus.

d. Directione.

452. *erectus*, fere ad perpendicularum se attollens.

453. *strictus*, perfecte perpendicularis.

454. *scandens*, alta petens, aliis sustinendus.

455. *obliquus*, situ inter perpendicularem et horizontalem medio.

456. *adscendens*, surgens in arcum deorsum convexum.

457. *descendens*, surgens in arcum sursum convexum (*declinatus*).

458. *nutans* 365.

459. *incurvatus*, introrsum nutans.

460. *diffusus*, ramulis patentibus.

461. *flexuosus*, horsum vorsum flexus (a gemma ad gemmam etc.)

462. *volubilis*, spiraliter adscendens per alia corpora.

463. *dextrorsum*, a dextra ad sinistram, deorsum (contra solem).

464. *sinistrorsum*, a sinistra ad dextram, deorsum (secundum solem.)

465. *procumbens*, debilis terrae innitens (*prostratus*).

466. *decumbens*, surgens aliquantum, dein terrae incumbens.
467. *repens*, terrae incumbens. radículasque agens.
468. *radicans*, altis se affigens, radiculis lateralibus.
469. *stoloniferus*, ramos gemmiferos radicales, et novam plantam producentes, emittens (441).
470. *sarmentosus*, filiformis, geniculis radicanlibus, accrescens vicinis corporibus (442).
471. { *rigidus*, flexionis impatiens, frangitur.
472. { *laxus*, libere in arcum flexibilis.

e. Figura.

473. *teres*, angulis destitutus, cylindricus.
474. *semiteres*, hinc planus, inde tetretiusculus.
475. *compressus*, duobus lateribus oppositis planis.
476. *anceps*, duobus angulis oppositis acutiusculis, vel saltem lineis duabus eminentibus.
477. *angulatus*, pluribus, quam duobus angulis praeditus, spatio inter-

termedio longitudinaliter excavato.

tri — quadri — quinque — sex — multangulatus ; obtusangulus , acutangulus.

478. *trigonus , tetragonus , pentagonus , hexagonus , angulis 3. 4. 5. 6. prominentibus longitudinalibus.*

479. *3. 5. quater , lateribus 3. 5. exacte planis.*

480. *nodosus , nodis instructus.*

481. *enodis , nodis et articulis destitutus.*

482. *articulatus , articulis connexis constans 517.*

483. *alatus , utrinque membrana laterali longitudinaliter instructus.*

484. *membranaceus , complanatus totus , more folii.*

f. *Vestitu.*

485. *nudus , foliis , fulcris et armis carens.*

486. *aphyllus , foliis destitutus.*

487. *foliatus , foliis instructus (foliosus.)*

488. *stipulatus , stipulis obsitus.*

489. *vaginatus , foliorum vaginis inclusus.*

- 490. *squammosus*, squammis vestitus.
- 491. *tunicatus*, membranis vestitus.
- 492. *imbricatus*, foliis vel squammis ita tectus, ut nudus non appareat.
- 493. *bulbifer*, tubera in axillis foliorum gerens.

g. Superficie.

- 494. *laevis*, superficie aequabili, absque omni asperitate.
- 495. *glaber*, superficie lubrica.
- 496. *scaber*, punctis minimis eminentibus rigidiusculis exasperatus (*asper*.)
- 497. *muricatus*, punctis subulatis mollibus obsitus.
- 498. *tuberculatus*, tuberculis asper.
- 499. *urens*, stimulis adpersus.
- 500. *tomentosus*, villis intertextis, nec discernendis, obductus.
- 501. *villosus*, pilis mollibus tectus.
- 502. *hispidus*, setis brevibus rigidis adpersus.
- 503. *hirtus*, pilis longioribus rigidissimis adpersus.
- 504. *strigosus*, setis brevibus adpressis, basi crassioribus adpersus.
- 505. *aculeatus*, aculeis armatus 811.

506. *spinus*, spinis armatus 816.
507. *viscidus*, humore crassiusculo
oblinitus 844.
508. *striatus*, lineis tenuissimis exca-
vatis longitudinaliter inscriptus.
509. *sulcatus*, lineis profunde exca-
vatis exaratus.
510. *rimosus*, cortice exteriori fissu-
ras sponte agens.
511. *suberosus*, cortice exteriori mol-
liore elastico indutus.
512. *tunicatus*, membrana tenera
sponte secedente vestitus 491.

h. Compositione.

- nodosus* 480.
513. *enodis*, continuus absque nodis
481.
514. *geniculatus*, articulis regulari-
bus, articulatione nec angustata,
nec protuberante.
515. *Geniculum*, articulatio caulis,
e qua prolongatur (ut plurimum
ad insertionem foliorum).
516. *Internodium*, spatium nodis cau-
lis interjectum (praecipue in Ver-
ticillatis et Graminibus), foliis
interjectum (in Papilionaceis.)
517. *articulatus*, articulis regularibus,
articulatione angustiore 482.
518. *simplicissimus*, absque ramis
ullis.

519. *simplex*, ramis paucissimis.
520. *prolifer*, ex apicis centro duntaxat ramos emittens.
521. *integer*, ramis copiosis adeo angustatis, ut totum continuum (cum caule) efforment.
522. *dichotomus*, bifariam semper progressive divisus (*bifidus*).
523. *subdichotomus*, inter caulem et ramum emittens florem vel umbellam.
524. *trichotomus*, trifariam semper progressive divisus.
525. *brachiatus*, ramis decussatim (545.) oppositis 544.
526. *subramosus*, ramis paucis lateralibus.
527. *ramosus*, ramis pluribus lateralibus.
528. *ramosissimus*, ramis multis absque ordine cumulatis.
529. *virgatus*, ramis tenuibus longis simplicibus.
530. *paniculatus*, illico in meros numerosos desinens ramos, varie subdivisos.
531. *fastigiatus*, ramis altitudine se aequantibus.

532. *patens*, ramis cauli ad angulum fere rectum (acutum) insertis.

533. *divaricatus*, ramis a caule ad angulum obtusum discedentibus.

534. *Rami*. Trunci primarii divisiones in partes laterales, folia, interdum flores elevantes.

535. *Ramulus*, pars rami divisi.

536. *Frondes*, divisio trunci in folia sola, fructificationem ferentia (Filicum).

537. *Pileus*, divisio trunci in partem supremam, plus minus expansam (Fungorum).

538. *Volva*, membrana pileum Fungi impuberis cum stipite ambiens, rupto Fungo adulto circa tellurem aut stipitem remanens.

539. *Umbo*, pilei pars eminentior centralis.

540. *Echini*, apices prominentes in superficie pilei.

541. *Lamellae*, membranae lamellatae in superficie inferiore pilei.

542. *Pori*, puncturae aciculares in superficie inferiore pilei.

543. *Verrucae*, prominentiae rotundae in superficie inferiore pilei.

a. Structura (eadem, quae Trunci 449).

b. Situ, ad horizontem.

544. *oppositi*, per paria collocati, e regione orti.

545. *decussati*, oppositi, quorum paria cruciatim sibi imponuntur, ut caulis quadrifariam ramosus sit 525.

546. *alterni*, per gradus circum rama exorti.

547. *distichi*, duo latera respicientes, licet undiquaque inserti.

548. *verticillati*, plures truncum ad genicula annulatim circumdantes.

549. *sparsi*, absque certo ordine constituti.

550. *conferti*, plurimi, totum fere truncum occultantes 521.

Situ ad perpendicularum.

551. *erecti*, fere ad perpendicularum constituti, angulo acutissimo orti.

552. *coarctati*, versus summitatem fere incumbentes.

553. *patentes*, a trunco sursum ad angulum fere rectum (acutum) discedentes.

554. *patentissimi*, a trunco ad angulum rectum discedentes (*divergentes*, *horizontales*).

555. *divaricati*, a trunco (deorsum) ad angulum obtusum discedente .
556. *brachiati*, rami oppositi patentissimi se decussantes 545.
557. *deflexi*, in arcum deorsum inclinati.
558. *reflexi*, perpendiculariter juxta truncum dependentes.
559. *retroflexi*, horsum versus divaricati.
560. *fastigiati*, apicibus aequalis longitudinis in plantae fastigium elevatis. (531.)
561. *virgati*, filiformes, longi, non valde foliosi.
562. *fulcrati*, fulcris instructi,
- g. Mensura.
563. *longi*, 564. *breves*, proportionem ad truncum.

D. VESTITUS.

I. *Vestitus foliaceus.*

1. 564. *Folia*. Lamellae Vegetabilium expansae, herbaceae, ut plurimum virides.
565. *Foliola*, folia perfecta, petiolo
com.

communi adnexa, partes folii compositi.

566. *Pinnae*, folia perfecta, petiolo communi longitudinaliter adnexa: partes folii pinnati.

567. *Pinnulae*, folia perfecta foliorum bipinnatorum s. folia petioli primae divisioni adnexa. Dicuntur quoque.

568. *Pinnae partiales*, in foliis bipinnatis.

569. *Pinnae propriae*, in foliis tripinnatis.

570. *Fronde*s, folia plantarum cryptogamarum et Palmarum 536.

571. *Vagina*, basis folii ambiens caulem (in Graminibus).

572. *Ligula*, membrana parva transparens ad basim folii, in margine Vaginae.

573. *Stipulae*, folia, basi petiolorum aut foliorum adstantia, diversae a foliis figurae vel rudimenta foliorum 803.

Defectus 574. *aphyllum*, absque folio 206.

Partes: 575. *Pagina*, superficies folii:

576. *facies*, superficies folii superior, s. pagina supina, superior.

577. *dorsum*, superficies folii inferior, s. pagina prona, inferior.

578.

578. *Basis*, initium folii.

579. *Apex*, finis folii.

580. *Margo*, circumferentia folii.

581. *Discus*, medietas superficiei.

a. Determinatione sunt Folia :

a. Loco.

582. *seminalia*, prima plantae, quae antea cotyledones fuerunt.

583. *radicalia*, radici inserta.

584. *caulina*, cauli inserta.

585. *ramæa*, ramis inserta.

586. *axillaria*, axillis h. e. angulo ramum inter et truncum inserta.

587. *floralia*, flori proxima, s. folia versus florem gradatim in aliam figuram abeuntia,

b. Numero.

unum, *duo*, *tria*, *pauca*, *plurima* 592.

588. *terna*, *quaterna*, *quina*, *senæ*, *octona verticillum formantia*.

c. Situ.

alterna 546. *disticha* 547. *opposita* 544.

589. *bifaria*, e lateribus rami oppositis duntaxat orta.

590. *secunda*, unum duntaxat latus respicientia 390. 399.

spar-

sparsa 549. *imbricata* 180.

591. *fasciculata*, plura ex eodem puncto prodeuntia.

bina — *quina* 588. de numero ad geniculā ramorum.

592. *stellata*, plura quam duo truncum annulatim, circa idem punctum, ambientia (forma stellae s. *verticillata*.)

593. *conferta*, exiguo spatio a se invicem dissita (*approximata*).

594. *remota*, spatio majori a se invicem distantia.

595. *confluentia*, basi inter se cohaerentia.

596. *decussata*, forma crucis per paria se decussantia 545.

l. Directione.

erecta 551. *stricta* 453. *rigida* 471.

597. *adpressa*, disco cauli contigua. *patentia* 553. *patentissima* seu horizontalia 554.

598. *adscendentia*, arcuatim primum deorsum, dein sursum flexa, apice erecto (*assurgentia*).

599. *inflexa*, sursum arcuata versus apicem (*incurva*.)

600. *recurvata*, deorsum flexa, ita ut arcus superiora spectet.
601. *reclinata*, deorsum flexa, ita ut arcus sit basi inferior, apice descendente (*reflexa*).
602. *revoluta*, apice in spiram recurvata (deorsum recurvata).
603. *dependentia*, terram versus dependentia.
604. *horizontalia*, pagina superiore coelum spectantia (ad angulum rectum inserta et expansa.)
605. *adversa*, verticalia, latere (non coelo, sed) meridiei obversa.
606. *obliqua*, sic torta, ut basi coelum, apice horizontem, margine apicis terram spectent.
607. *verticalia*, erecta, cum horizonte angulum rectum constituentia.
608. *resupinata*, pagina superior inferiora, inferior superiora respicit.
609. *submersa*, intra aquam abscondita.
610. *natantia*, superficiei aquae incumbentia.
611. *radicantia*, radices agentia.

e. Insertione.

- a. 612. *sessilia*, immediate trunco insidentia.
613. *connata*, duo opposita per paria basibus concrescientia.
614. *coadunata*, plura inter se connata.
615. *articulata*, apice aliud protrudentia.
616. *adnata*, facie trunco vel ramo adnexa, basi libera.
617. *decurentia*, marginibus baseos trunco longius adnexa.
618. *amplexicaulia*, basi sua truncum (saltem $\frac{1}{2}$) ambientia.
619. *vaginantia*, basi sua tubum, quo truncum includunt, formantia.
620. *perfoliatum*, basi caulem transversim cingente (caulis discum folii transit).
621. *connato-perfoliatum*, connata et perfoliata.
- b. 622. *petiolata*, petiolo ad basim folii inserto (*Petiolus*, fulcrum folii).
623. *peltata*, petiolo dorso folii inserto.
624. *subpeltata*, petiolo dorso folii inserto, folio usque ad petiolum fisso.

2. Structura.

a. Figura.

625. *orbiculata*, diametro longitudinali aequante transversalem (peripheria circinata).
626. *subrotunda*, diametrorum altera aliquantum majore (proxima orbiculatis.)
627. *ovata*, diameter longitudinalis major transversali, basi rotunda latiore, apice angustiore.
628. *obovata*, ovata (diametris iisdem), basi angustiore, apice latiore.
629. *ovalia*, ovata latiora (ex orbiculato oblongata), utraque extremitate rotundata aequali.
630. *ellyptica*, lanceolata, latitudine ovati folii (Linnaeo, Willdenowio synon. c. praec.)
631. *oblonga*, diametro longitudinali aliquoties superante transversalem.
632. *parabolica*, oblonga versus apicem sensim angustiora rotundata.
633. *cuneiformia*, oblonga versus basim sensim angustiora.
634. *spathulata*, basi angustiore li
nea.

neari subito in apicem subrotundum transeunte.

635. *lanceolata*, oblonga, utraque extremitate sensim attenuata.

636. *linearia*, oblonga, aequalis ubique latitudinis.

637. *acerosa*, linearia, dura, hyeme plerumque persistentia.

638. *capillaria*, linearia, tenuissima, longa.

639. *setacea*, linearia crassitie et longitudine setae.

b. **Angulis** (Foliorum productiones acutae s. Pars folii prominens, ergo in folio existens).

640. *rotundata*, margine angulis orbo.

641. *angulosa*, margine productionibus acutis instructo.

tri — quinque — septemangularia, a numero angulorum.

642. *rhombea*, quadrangularia obliqua s. lateribus 2 et 2 paralellis aequalibus, angulis inaequalibus.

643. *deltoidea*, quadrangularia marginibus inferioribus brevibus, superioribus longioribus.

644. *trapeziformia*, quadrangularia et lateribus et angulis inaequalibus (forma Trapezii).

c.

c. Sinubus (Foliorum excissurae rotundatae s. Pars folii dempta, ergo extra folium.)

a. 645. *cordata*, subovata, basi in duos lobos rotundos excisa.

646. *reniformia*, subrotunda, basi in duos lobos rotundos excisa.

647. *lunata*, subrotunda, basi sinu rotundato divisa, angulis posticis acutis.

648. *sagittata*, triangularia, basi sola sinu divisio (angulis posticis acutis recta decurrentibus).

649. *hastata*, triangularia, cum sinu omnium laterum (basi sinu divisio, angulis posticis acutis, ad latera prominentibus).

650. *auriculata*, petiolo sub basi folii ala instructo vel foliolis duobus minoribus seu alis.

b. 651. *sinuata*, a lateribus incisuris rotundatis amplioribus.

652. *repanda*, margine angulis, eis que interjectis sinubus minimis, circuli segmento inscriptis, terminato (margine flexuoso, tamen plano).

653. *panduraeformia*, oblonga, siue utrinque magno inferius coarctata.

654. *fissa*, sinibus fere ad medium
divisa, marginibus rectis (non
valde distantibus).

bi — tri — quadri — multifidum.

655. *lobata*, sinibus ad medium us-
que penetrantibus divisa in par-
tes distantes (angulis rotundatis).

bi — tri — quadrilobum.

656. *partita*, sinibus ad basim fere
penetrantibus.

tri — quinquepartitum.

657. *palmata*, longitudinaliter ultra
dimidium in lobos subaequales
versus basim divisa (basi tamen
cohaerentia).

658. *laciniata*, margine varie in acu-
mina secto (*Lacinae*.)

659. *pinnatifida*, transversim divisa
in lacinias horizontales, oblon-
gas, fere aequales.

660. *runcinata*, pinnatifida, laciniis
acutis deorsum arcuatis, antice
convexis, postice transversis, lac-
inia terminali majore triangulari.

661. *lyrata*, transversim divisa in la-
cinias inferiores minores remotio-
res, terminali ampla rotundata.

662. *incisa*, sectionibus parum ultra
marginem porrectis (*dissecta*) 684.

663.

663. *squarrosa*, in lacinias elevatas, alterne sursum et deorsum flexas, divisa.

d. Margine.

664. *integra* (*indivisa*, omnique sinu destituta; opposita fassis, lobatis, partitis).

665. *integerrima*, nec marginis quidem incisuras habentia.

666. *undulata*, margine sursum et deorsum flexo 741.

667. *crenata*, margine incisuris parvis, rectis, quaquaversum peripheriam respicientibus.

668. *serrata*, margine incisuris acutis, omnibus apicem folii respicientibus.

669. *duplicato-crenata*, crenae majores minoribus gaudent.

670. *duplicato-serrata*, serraturae majores minoribus gaudent.

671. *acute-obtuse serrata*.

672. *dentata*, margine productionibus patentibus s. horizontalibus, remotis, plano iisdem interjecto.

673. *cartilaginea*, margine subosseo (duriorē, quam discus).

674. *ciliata*, margine setis paralellis longitudinaliter digestis 838.

675. *spinosa*, margine acuminibus subulatis rigidis pungentibus.

676. *lacera*, margine segmentis difformibus exiguis exciso.

677. *erosa*, sinuata, sinubus minimis obtusis, laciniis inaequalibus.

678. *daedalea*, flexuosa, laceraque repanda. 652.

e. Apice.

a. 679. *obtusa*, segmento circuli terminata.

680. *praemorsa*, apice linea inaequali truncato.

681. *truncata*, apice linea transversali aequali terminato.

682. *emarginata*, apice incisura terminata.

683. *retusa*, apice sinu obtuso (quasi introrsum presso) terminata.

684. *incisa*, apice inciso (vide 662).

b. 685. *acuta*, in angulum acutum desinentia.

686. *acuminata*, in apicem longe protrusum, subulatum terminata.

687. *cuspidata*, in apicem protractum setaceum rigidiusculum desinentia.

688. *mucronata*, apice rigidulo adposito (mucrone) terminata.

689. *cirrhosa*, in cirrhum terminata.

690. *tridentata*, in apice obtuso tribus dentibus munita.

- f. Superficie (pagina supina, prona; vasorum distributione).
- a. 691. *nuda*, setis et pilis destituta.
692. *glabra*, superficie laevi, absque omni inaequalitate.
693. *nitida*, glabritie lucente.
694. *opaca*, glabritie lucem non reflectente.
695. *lucida*, tanquam vernice obducta.
696. *colorata*, alterius, quam viridis, coloris.
- b. 697. *Nervi*, fibrae elasticae in dorso folii, plerumque eleyatae (e basi folii ortae).
698. *Costa*, nervus medianus crassus, a basi ad apicem pergens.
699. *nervosa*, fibris non valde ramosis, a basi ad apicem excurrentibus.
700. *trinervia*, tribus nervis in basi folii concurrentibus; 5. 7. 9. *nervia*.
701. *trinervata*, tribus nervis pone basim folii ortis; (folia *nervosa*.)
702. *triplinervia*, tribus nervis supra basim folii ortis; (Nervus medius supra basim duos laterales emit.)

703. *quintuplinervia*, duobus e basi^r
quatuor e costa.
704. *lineata*, nervis depressis s. li-
neis superficialibus instructa.
705. *enervia*, nervis carentia.
706. *striata*, lineis paralellis leniter
excavata.
707. *sulcata*, lineis profundis exca-
vata.
- c. 708. *Venae*, vasa ramosissima ana-
stomosantia, e costa folii orta.
709. *venosa*, venis instructa.
710. *venoso-nervosa*, fibris origine
e basi folii simplicioribus, dein
ramosis.
711. *avenia*, absque venis.
712. *rugosa*, rugis obsita.
713. *bullata*, bullis in pagina supe-
riore convexis elevata (infra ca-
vis).
714. *lacunosa*, bullis in pagina infe-
riore convexis, supra cavis de-
pressa.
- d. 715. *papillosa*, punctis solidis car-
nosis tecta (*verrucosa*).
716. *glandulosa*, glandulis tecta §22.
717. *papulosa*, punctis vesicularibus
(cavis) tecta (*vesiculosa*.)

- 718. *viscida*, tenaci humore oblitata.
- 719. *maculata*, maculis conspersa.
- 720. *punctata*, poris versus lucem visibilibus perforata.
- 721. *pertusa*. poris pro se visibilibus (majoribus) perforata.
- e. 722. *villosa*, pilis mollibus tecta 811.
- 723. *tomentosa*, villis intertextis non discernendis tecta 834.
- 724. *sericea*, pilis adpressis splendentibus tecta 836.
- 725. *lanata*, pilis sponte curvatis tecta 833.
- 726. *barbata*, pilis paralellis tecta 837.
- 727. *pilosa*, pilis distinctis elongatis tecta 831.
- 728. *scabra*, punctis eminentibus minimis rigidis exasperata 496.
- 729. *hispida*, setis rigidis adspersa 502.
- 730. *aculeata*, aculeis armata 811; ortis e venis disci.
- 731. *spinosa*, spinis armata 816; ortis e margine.
- 732. *strigosa*, lamellis lanceolatis rigidis armata 830.
- g. Expansione.
 - 733. *teretia*, cylindrica, multoties longiora, quam crassa 186.
 - 734.

734. *plana*, superficie aequali. •
735. *concava*, facie cava (disco de-
pressiore), dorso convexa.
736. *convexa*, facie convexa (disco
elevato), dorso concava.
737. *canaliculata*, superius sulco pro-
fundo per totam longitudinem ex-
cavata in semicanalem.
738. *cucullata*, cordata, cum lobis
(forma cuculli) versus basim utrin-
que antrorsum conniventibus.
739. *plicata*, disco *plicis acutis* al-
ternatim flexo.
740. *undata*, disco *plicis obtusis ma-*
ioribus alternatim flexo (margine
convexe adscendente et descen-
dente).
741. *undulata*, disco marginem versus
plicis obtusis minoribus adscen-
dente et descendente 666.
742. *crispa*, superficie et margine
amplissimo in plicas plurimas *irre-*
gulares complicatis.
- h. Substantia (folii interna).
743. *membranacea*, pulpa inter utram-
que membranam pauca (est Sub-
stantia folii propria).
744. *scariosa*, sicca, arida, tactu so-
nora (ob pulpae defectum) 182.

745. *crassa*, membranaceis aliquantum crassiora.
746. *compacta*, substantia solida constantia.
747. *tubulosa*, interne inania s. concava 451.
748. *pulposa*, crassa, interne medulla tenaci referta.
749. *carnosa*, crassa, interne medulla solidiuscula referta.
750. *gibba*, utraque pagina convexa, mediante copiosa pulpa.
751. *subulata*, teretia, longa, acuminata.
752. *depressa*, pulposa, disco magis, quam lateribus complanata.
753. *compressa*, pulposa lateribus magis quam disco complanata.
754. *triquetra*, crassa, prismatica . triangularia.
755. *tetragona*, longa, prismatica, quadrangularia.
756. *lingulata*, linearia, carnosa, longa, apicé obtuso, subtus convexa.
757. *ancipitia*, compressa, utroque margine scindente.
758. *ensiformia*, ancipitia, lineari-lanceolata; sensim in acumen desinentia.

759. *acinaciformia*, ensiformia, altero margine convexo scindente, altero rectiore crassiore.

760. *dolabriformia*, acinaciformia abbreviata, margine obtuso acutiore.

i. Mensura.

761. *brevissima*, *longissima*, respectu ad caulem vel articulos.

k. Duratione.

762. *caduca*, aestate adhuc durante decidentia.

763. *decidua*, peracta unica aestate casura.

764. *persistentia*, peracta aestate non casura.

765. *perennia*, integrum per annum, hinc et hyeme, virentia.

acerosa (637).

γ. Compositione.

a. 766. *simplicia*, apici petioli unum adnectitur folium.

b. 767. *composita*, petiolo plura, quam unum, præferente folia.

Foliola, folia petiolo communi adnexa 565.

Pinnae, foliola pinnatorum foliorum, petiolo communi longitudinaliter adnexa 566.

Pin-

- Pinnulae*, foliola bi- et tripinnato-
rum foliorum : divisioni primae
vel secundae petioli annexa 567.
768. *articulata*, folio ex apice folii
excrecente.
769. *gemina*, foliola duo petioli unius
apici adnexa (*binata*).
770. *conjugata*, foliola duo petiolo
uni *lateraliter* adnexa.
771. *digitata*, foliola duobus plura
petioli simplicis apici adnexa.
772. { *ternata*, tribus foliis in pe-
tiolo terminalibus.
773. { *quinata*, *septenata*, *novena*.
774. *pedata*, petiolo bifido, *latere*
tantum interiore annectente fo-
liola plura.
775. *pinnata*, petiolo simplici *late-*
raliter adnectente foliola plura
(*pinnas*).
776. { *bi — tri — quadri — quinque*
— 12 juga, a numero parium
lateribus oppositis affixo-
rum.
777. { *abrupte pinnata*, absque fo-
liolo impari, nec cirrho ter-
minata.
778. { *cum impari p.*, foliolo unico
impari terminata.
779. { *cirrhose p.*, cirrho terminata.
- folio-*

780. } *foliolis oppositis, alternis, sessilibus, petiolatis.*
 } *interrupte p., foliolis alternatim minoribus vel disparibus interjectis.*
781. } *decursive p., foliolis in petiolo decurrentibus, sed inferiora non attingentibus.*
782. } *decrecentibus foliolis, a basi versus apicem pedunculi communis sensim minoribus.*
- c. 783. *decomposita*, petiolo primario in secundarios, foliola annectentes, diviso.
784. *bigemina*, petiolo dichotomo apicibus annectente foliola 2, in summa 4.
785. *biternata*, petiolo trichotomo apicibus annectente foliola 3, in summa 9.
786. *bipinnata*, petiolo primario lateraliter secundarios proferente, quibus foliola utrinque longitudinaliter annexa.
- d. 787. *supradecomposita*, triplicato composita.
788. *tergemina*, petiolo bifido apicibus annectente foliola 2, et insuper duobus ad divaricationem petioli communis; in summa 6.

789. *triternata*, petiolo trichotomo
apicibus trifidis singulis annecten-
te foliola tria; in summa 27.
790. *tripinnata*, pinnata in petioli
primarii ramificatione secunda.
2. 791. *Petiolus*. Fulcrum sustinens fo-
lium 622.
- a. Figura.
- linearis* 636. *teres* 733. *semiteres* 474.
triqueter 754. *canaliculatus* 737.
792. *alatus*, lateribus dilatatus 483.
793. *clavatus*, versus apicem incre-
satus 83.
794. *membranaceus*, complanatus
more folii.
- b. Magnitudine.
795. *brevissimus*, multo brevior fo-
lio.
796. *brevis*, parum brevior folio.
797. *mediocris*, longitudine folii.
798. *longus*, longior folio.
799. *longissimus*, aliquoties excedens
longitudinem folii.
- c. Insertione.
800. *adnatus*, cauli vel ramo latius
adhaerens.
- decurrens* 617. *amplexicaulis* 618.
vaginans 619.

801. *appendiculatus*, ramentis foliaceis ad basim.

d. Directione.

erectus 551. *patens* 553. *assurgens* 598. *recurvatus* 600.

e. Superficie.

glaber 495. *aculeatus* 811. *articulatus* 517. *nudus* 485.

802. *spinescens*, post lapsum folii in spinam indurescens.

*) Apice annectit folia gemina, digitata, palmata. Lateribus — — pinnata, pinnatifida.

3. 803. *Stipulae*. Rudimenta foliorum basi petiolorum aut foliorum adstantia (difformia) 573.

a. *geminae solitariae nullae* (*exstipulatum*).

b. 804. *laterales*, lateribus petiolorum adnatae.

805. *extrafoliaceae*, infra folium collocatae.

806. *intrafoliaceae*, supra folium collocatae.

807. *oppositifoliaceae*, in latere opposito folii collocatae.

c. *caducae deciduae persistentes* post defoliationem; *spinescentes* 802.

d. *sessiles* 553. 612. *adnatae* 616. *decurrentes* 617. *vaginant*es 619.

e.

- e. *subulatae* 751. *lanceolatae* 635. *sagittatae* 648. *lunatae* 647.
- f. *erectae* 551. *patentes* 553. *reflexae* 601.
- g. *integerrimae* 665. *serratæ* 668. *ciliatae* 674. *dentatae* 672. *fissae* 654.
- h. *brevissimae*. *mediocres*. *longae* (relatione ad folia).

II. *Processus herbacei*.

- 808. *Cirrhus*. Vinculum filiforme spirale, quo planta alicui corpori alligatur.
 - a. *axillaris*, *foliaris*, *petiolaris*, *peduncularis* insertione.
 - b. *simplex*, *trifidus*, *multifidus* divisione.
- 809. *convolutus*, in annulos contortus.
- 810. *revolutus*, spira dimidio itinere retorta.

III. *Processus pungentes seu Arma*.

- a. 811. *Aculei*, processus pungentes, plantae cortici inhaerentes, facile avellendi.
 - rectus*.
 - 812. *incurvus*, introrsum flexus.
 - 813. *recurvus*, extorsum flexus.

814. *Furca*, mucro aculeis in plures divisis constans:
bifida, *trifida*.
815. *echinatum* dicitur, quod pluribus aculeis, echini instar, circumdatum est.
- b. 816. *Spinae*, processus pungentes ligno plantae infixi.
terminalis, *axillaris*, *calycina*, *foliaris*.
simplex, *divisa*, *gemina*, *ternata*, *ramosa*.
- c. 817. *Stimuli*, processus minutissimi, pilosi, cuti ruborem inducentes pruriginosum.
- d. 818. *Mucro*, processus pungens, apici folii obtusi adpositus.
819. *Cuspis*, processus pungens, e folii substantia exortus.
820. *Hamus*, processus acuminatus, curvatus, corporibus penetrabilibus adhaerens.
821. *Glochis*, mucro rectus, apice retrorsum multidentato.
- IV. *Vestitus glandulosus*. Processus aut tubercula rotundata obtusa.
822. *Glandula*, processus tuberculosis, solidus, brevis.
Ampulla. *Ascidium*.

V. *Vestitus pilosus*. s. *Pubes*.

1. 823. *Setae*, pili crassi, rigidiusculi, teretiusculi, erecti.
824. *simplices*; non divisae.
825. *hamosae*, facile adhaerentes.
ramosae, *plumosae*, *stellatae*.
826. *Arista*, seta longa ex calyce, corollave Graminum 148. aut seminis apice 255. orta.
827. *terminalis*, apici glumae affixa.
828. *dorsalis*, e medio convexitatis glumae enata.
recta, *geniculata*, *recurvata*.
829. *tortilis*, flexa funis instar.
2. 830. *Strigae*, setae rigidiusculae, in lamellas dilatatae 732.
3. 831. *Pili*, filamenta longa, distantia 727.
4. 832. *Villi*, pili longi, molles, densi, tenues 722.
5. 833. *Lana*, pili longi, molles, densi, crispi 725.
6. 834. *Tomentum*, villi breves, tenuissimi, intertexti, densissimi, vix a se invicem discernendi 723.
7. 835. *Pubes*, vestitus pilosus omnis in planta.
8. 836. *Sericum*, tomentum pilis minimis superficiei adpressis constans,

plantae splendorem album inducens 724.

9. 837. *Barba*, pili, ut plurimum paralleli, fasciculatim locati 726.

Pappus, barba e seminis apice 249.

10. 838. *Cilia*, pili e margine exeuntes 674.

839. *hirsutum*, pilis rigidis, longis, densis obsitum.

840. *hirtum*, pilis brevibus. remotioribus obsitum 503.

841. *hispidum*, pilis duriusculis, pungentibus, fragilibus 502. 729.
muricatum 497.

VI. *Vestitus pulverulentus.*

842. *Furfur*, flocci rudes, tegentes.

843. *Pruina*, pulvis albus, subtilissimus, vix observabilis.

VII. *Vestitus succulentus.*

844. *Viscositas*, humor tenax, Aqua insolubilis, tegens.

845. *Glutinositas*, humor lubricus, Aqua solubilis, tegens.

E. R A D I X.

846. *Radix*, Pars plantæ infimæ ;
sub tationaria, ut plurimum Ter-
rae immersa.
847. *Fibra*, canalis radicalis longitu-
dinalis; humidum insugens.
848. *Fibrilla*, ramulus fibræ simplex
vel radix simplex; tenuis, recta
decurrentis.
849. *Radicula*, fibra radicis tenera ;
capillaris.
Bulbus 859.
Tuber 866.
850. *Arrhizum*, defectus radicis.
851. *Parasiticum*, radice aliis Vivis
(non Terræ) immersa.
- a: *Figura*.
852. *fibrosa*, tota constans fibris et
fibrillis.
853. *ramosa*, in ramos plures divisa.
854. *fusiformis*, simpliciuscula, sen-
sim attenuata.
855. *praemorsa*, oblonga, apice trun-
cata.
856. *globosa*, subrotunda ; radiculis
lateralibus.
857. *dentata*, articulis prominentibus
constans.
858. *articulata* 482. 517:

b. Substantia.

859. *Bulbus*, radix mollis succulenta, radículas solum e basi infimâ emittens, seu pars vegetabilium separabilis, succulenta, tecta squammis persistentibus, trunci novi origo! Ut plurimum substitutionaria, sic Allii trunci pars infima, rarius suprastationaria: axillaris Lillii bulbiferi (*Propago* Linck), baseos umbellae in pluribus Alliis, capsularis plurium Amaryllidum.
860. *tunicatus*, membranis crassis, in strata concentrica digestis, constans.
861. *squammosus*, squammis imbricatis (180) incumbentibus constans.
862. *solidus*, succulentus totus, absque squammis et tunicis.
863. *palmatus*, radix carnosa lobata.
864. *granulata*, radix particulis carnososis adpersa.
865. *fascicularis*, radix ramificationibus carnososis longis e simplice radice provenientiibus constans.
866. *Tuber*, radix tuberosa, solida, plus minus capitata, plerumque radicalis undiquaque emissis annexa (fibris cylindricis intermixta Orchidum).

e. Directione.

perpendicularis. horizontalis. obliqua.

867. *repens*, transversim decurrens, hinc inde plantas novas emittens.

d. Duratione.

868. *annua*, nascitur, eodem anno peritura.

869. *biennis*, uno vegetat, altero floret et perit anno.

870. *perennis*, plurimis regerminat annis.

P L A N T A.

Planta.

a. Genere.

871. *mascula*, floribus masculis.

872. *foeminea*, floribus foemineis.

873. *hermaphrodita*, floribus hermaphroditis.

874. *androgyna*, s. *monoica*, floribus et masculis et foemineis in eodem individuo.

875. *dioica*, floribus masculis in uno, foemineis in altero individuo ejusdem speciei.

876. *polygama*, floribus masculis aut foemineis penes hermaphroditos aut androgynos, in 1. 2. 3. individuis.

877. *phaenerostemon*, genitatibus facile discernibilibus (*Phaenerogamia*).

878. *cryptostemon*, genitalibus vix aut armato oculo discernibilibus (*Cryptogamia*).

b. Genitalium numero.

879. *monandra*, 2. 3. 4. 5. *polyandra* (staminum).

880. *monogyna*, 2. 3. 4. 5. *polygyna* (pistillorum).

Genitalium proportione.

881. *didynama*, staminibus duobus longioribus, duobus brevioribus.

882. *tetradynama*, staminibus quatuor longioribus, duobus brevioribus.

Genitalium coadunatione.

883. *monadelpha*, staminum filamentis in 1. fasciculum connatis.

884. *diadelpha*, staminum filamentis in 2. fasciculos connatis (in plantis non papilionaceis), vel uno libero, caeteris connatis, (in plantis papilionaceis utpl.)

885. *polyadelpha*, staminum filamentis in plures fasciculos connatis.

886. *syngenesista*, staminum antheris in unum coalitis.

887.

887. *gynandra*, staminibus pistillo adnatis.

c. Cotyledonum numero.

888. *acotyledones*, absque cotyledonibus.

889. *monocotyledones*, unico cotyledone, germinatione e terra non emergente.

890. *dicotyledones*, duobus cotyledonibus, in folia seminalla dua abeuntibus.

891. *polycotyledones*, pluribus cotyledonibus (Jussieuo rejectae).

d. Periodo Vitae.

892. *germinatio*, periodus, qua semen in plantam suprastationariam protruditur.

893. *frondescentia*, periodus, qua planta foliis explicatis gaudet.

894. *florescentia*, periodus, qua planta flores emittit.

895. *maturatio*, periodus, qua fructus plene maturescunt.

e. Duratione.

896. *annua*, aestate unica vivens, dein integra periens. ☉

897. *biennis*, anno primo folia radicalia fert, altero fructificat et perit. ♂

898.

898. *perennis*, annis pluribus ex eadem radice fructificat, parte suprastationaria singulis annis perente. 4
899. *fruticosa*, annis pluribus ex eadem radice fructificat, truncis pluribus lignosis per annos durantibus. 5
900. *arborescens*, annis pluribus ex eadem radice fructificat, tronco lignoso solitario per annos durante. 5
-

METHODUS

NOMENCLATURAE BOTANICAE.

Nomenclatura botanica exponit differentias et denominationem Vegetabilium.

Scopus ejus est Vegetabilia eruere, invenire.

Omne Vegetabile (uti omne corpus) est *Individuum*.

Individua praedicatis suis in nobis impressiones producant, (hae) ideas.

Notae s. characteres sunt ideae de praedicatis individuorum, suntque aut convenientes aut disconvenientes.

Individua Vegetabilia notis essentialibus convenientia formant *ideam speciei* s. generis infimi vegetabilis; species vegetabiles notis essentialibus convenientes aut una iisdem ab omnibus aliis distincta format *ideam generis* s. generis proximi vegetabilis.

Cha.

Character. Nota v. collectio notarum pro genere (exponit differentiam plantarum ejusdem classis, ordinis).

Differentia. Nota v. collectio notarum pro specie (exponit differentiam plantarum ejusdem generis).

Notae essentielles dicuntur, quae semper praesentes, et non variabiles sunt. Notae essentielles Vegetabilium sunt forma, situs, directio, duratio; variabiles, et minus essentielles sunt color, odor, sapor, magnitudo, numerus.

Notae speciem constituentes sunt partium situs, compositio, relatio, forma, numerus (qui tamen deliquescit in notas minus essentielles).

Species ergo, qua idea, desumitur ex omni nota essentiali individuum (intuitum) convenientium.

Notae genus constituentes optime desumuntur e partium fructificationis convenientia, nam hae sunt et semper praesentes et constantes. Identitatem essentialem notarum in partibus *Fructificationis* diver-

sarum specierum efficiunt partium
praesentia, absentia,
libertas, connatio,
unitas, compositio,
situs,
proportio,
forma,
duratio.

Plantae determinantur aut habitu aut metho-
do: *habitus* dicitur status In-
florescentiae, Trunci, ramorum
eorumque vestitus, et Radicis h.
e. partium omnium plantae, ex-
cepta Fructificatione (sub *com-
muni habitu* intelligitur interdum
convenientia diversarum planta-
rum in partibus fructificationis,
obscure cognita, leviter examina-
ta, verbis vix exprimenda; sed
haec convenientia non est scopus
Botanici, cum is non intuitus aut
imagines, hicque parum distin-
ctas, sed ideas, ab intuitibus or-
tas, conferre debeat). *Methodus*
est cognitio Vegetabilium ex in-
vestigazione accurata partium tan-
tummodo Fructificationis.

Scala idearum a Systemate Vegetabilium
descendendo usque ad intuitum
s. individuum vegetabile integrum
(aut contra ab individuo vegeta-
bili

bili adscendendo usque ad Systema Vegetabilium).

<i>Vegetabile</i>	Genus summum: conceptus summus.
<i>Systema botanicum</i>	Dispositio methodica Vegetabilium omnium secundum notas Vegetabilibus inhaerentes. Est Totum colligens ideas, disponens loco illo, quo facile inveniantur.
<i>Classis</i> 1.	Genus superius: divisio systematis primaria s. divisio ideae Vegetabilis: Semper dichotoma sit!
<i>Ordo</i> 2.	Genus superum: divisio classis primaria (medium inter classes et genus vegetabile.)
<i>Subordo</i>	Genus remotissimum: divisio ordinis primaria. <i>Familia</i> s. <i>cohors</i> s. <i>ordo naturalis</i> dicitur divisio classis, complectens genera Vegetabilium illa, quae magnam habent convenientiam (et habitu et methodo determinatam).
	Genus remotum, cui genus proximum immediate subordinatum est.
<i>Genus vegetabile</i> 5.	Genus proximum: Convenientia diversorum Vegetabili-

*Species ve-
getabilis 4.*

*Individu-
um vege-
tabile.*

Varietas

bilium in partibus fructifi-
cationis. Est idea, quae
aliam immediate subordi-
natam habet.

Genus infimum: (respectu ge-
neris) Diversitas inter plan-
tas congeneres, constans, de-
terminatos habens limites.
S. (respectu individuorum)
Convenientia individuorum
Vegetabilium in characteri-
bus essentialibus omnibus.
Est idea, cui nulla amplius
idea, sed solus intuitus Ve-
getabilis subjacet s. sola in-
dividua vegetabilia subor-
dinata sunt.

Omne Vegetabile. (Hoc intui-
tum causat, hoc excitat col-
lectione notarum essentia-
lium ideam speciei).

Diversitas inter individua
partibus non essentialibus
(a cultura, loco, climate, etc.
pendens), aut limites vix
determinabiles habens.

Regulae pro determinatione
Varietatis:

Vegetabilia notis essentiali-
bus convenientia, minus es-
sentialibus differentia sunt
Varietates. Si

Si notis minus essentialibus unica tantum essentialis accedat, tunc notae minus essentialis hic pro essentialibus considerandae, et Vegetabile non est Varietas, sed Species.

Convenientia tamen ista vel differentia solertissime investiganda, imo et experimentis tentanda est, plurimumque seminatio diversimode instituta de Specie aut Varietate judicat.

SYSTEMA BOTANICUM.

Est vel naturale: Systema disponens Vegetabilia ex habitu s. potius e convenientia omnium partium (Jussieni.)

Vel artificiale: Systema disponens Vegetabilia e convenientia certae dumtaxat partis. Tale est Systema sexuale Linnæi, cujus classes in sexu Vegetabilium fundantur, seu potius Systema fructificationis, cum ejus divisiones fundamentales desumantur tantum e partibus fructificationis.


Clas-

Classes Linnéani Systematis desumuntur a notis staminum (numero, proportione, situ, nexu). Stamina castrata non numerantur.

Ordines ejusdem Systematis desumuntur:

1. a numero styloꝝ, in primis tredecim classibus; aut, deficientibus stylis, a numero stigmatum.
2. a numero staminum in Adelp̄hiæ classibus tribus, et in Gynandria.
3. a numero aut nexu staminum in Monoëcia, et Dioëcia.
4. a relatione et fertilitate flosculorum in Syngenesia.
5. a distantia partium genitalium in Polygamia.
6. a semine in Didynamia.
7. a pericarpio in Tetradynamia.

Clavis divisionum Systematis Linnéani:



I. *Cryptogamia*. Florescentia occulta. Genitalibus non distinctis. Classis una.

Phae

Phaënerogamia. Florescentia manifesta. Genitalibus distinctis. *Classes* 23.

II. *Diclinia*. Genitalibus in duobus thalamis separatis. *Classes* 3.

Monoclinia. Genitalibus in uno thalamo positis. *Plantae* ♀.

III. *Affinitas*. Hermaphroditorum staminibus cum pistillo vel inter se conatis. *Classes* 5.

Diffinitas. Hermaphroditorum staminibus liberis.

IV. *Subordinatio*. Hermaphroditorum staminibus liberis, longitudinis determinate diversae. *Classes* 2.

V. *Indifferentismus*. Hermaphroditorum staminibus liberis, longitudinis non determinatae. *Classes* 13.
(*Andriae*).

Vegetabile quaecumque examinatur secundum hanc formulam:

I. An Cryptogamia; — si non,

II. An Diclinia; — si non,

III. An Affinitas; — si non,

IV. An Subordinatio; — si non,

V. Numerentur stamina.

Hæc quinque divisiones Florescentiae abeunt in *Classes* 24.

I. 24. *Cryptogamia* (occultae nuptiae).
Vegetabilia genitalibus non discernendis (oculo nudo). Plantae cryptogamae.

Filices. Pl. fructificationibus squamulosis, peltatis, aut furfuratis (ut plurimum dorsalibus).

Musci. Pl. frondosae, fructificationibus capsulatis.

Algae. Pl. coriaceae, filamentosae, gelatinosae, fructificationibus in calyculis frondium.

Fungi. Pl. foliis carentes, fructificationibus capsularibus in carne reconditis.

II. *Diclinia*:

21. *Monoëcia*. Stamina et pistilla in eadem planta, sed distinctis Floribus.

Ordines: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. *Polyandria*. *Adelphia*. *Syngenesia*.

22. *Dioecia*. Stamina et pistilla in distinctis plantis (radicibus).

Ordines: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 10.
Polyandria. Monadelphia. Syngenesia.


23. *Polygamia*. Stamina aut pistilla praeter hermaphroditos aut androgynos in eadem specie.

Ordines hujus classis sunt tres:

P. Monoecia. Flores ♂ aut ♀ cum ♀ in eodem individuo, distinctis floribus.



